

Universitätsbibliothek Paderborn

**Vita Gasparis Barzaei Belgae E Societate Iesv: B. Xaverii
In India Socij**


Trigault, Nicolas

Coloniae, 1611

urn:nbn:de:hbz:466:1-45183

Th. 2559.

K.
1
40



wp. 2571

VITA
GASPARIS
BARZAE I
BELGAE
E SOCIETATE IESV:

B. XAVERII IN IN.
Sor. f. g. v. dia Socij. Paderborn.


*Auctore P. NIC. TRIGAVLT, eiusdem
Societas Sacerdote.*



COLONIAE,
Sumptibus Bernardi Gualtheri.

ANNO M. DC. XI.

*Cum grat. & priuil. S. C. M. & permisso
Superiorum.*



NOBILISS.

ATQVE AMPLISS.
DOMINIS

D. ROBERTO
HELLIN,

D. NICOLAO
TRIEST,

AC RELIQVIS PRIMI
SUBSELLII VRBIS
Gandauenfis

SENATORIBVS.



Bsc vris in Bel-
gio nostro ortus na-
talibus Gaspar, no-
uo nuper Indiarum
Orbi clarissimæ virtutis & exi-
miæ sanctitatis radijs nouum
fidus effulsit. Heroica virtu-
tum eius facta, quæ præsens
olim India spectauit & stupuit,
tandem famâ suâ etiam in Bel-

* 2 gium

EPISTOLA

gium nostrum, vnde emanarant,
penetrarunt; nec dubitandum,
quin læta grataque Belgica no-
stra recolet, natam à se virtutem
in tam remoto à nobis Orbe tā-
tum frugum & magnarum rerū
tam breui temporis compendio
edidisse. Gloriosum omnino
Belgio nostro, tam salutare ac
beatum à se astrum prodijisse, cu-
ius luce matutinæ & meridianæ
infidelitatis in Oriente tenebræ
non parum illustratæ, & vespér-
tinæ in Occidente hærefeos um-
bræ, si ita visum Deo, longius
poterant propulsari. Sed quid a-
go? laudis alienæ Gaspar noster
haud indigus, velut Sol suis in
cœlo radijs, ita suis ille hoc in li-
bro collucet virtutibus; qui ve-
stræ potissimum Vrbi, vestroq;
Nomini à prælo missus & inscri-
ptus est, **VIRI CLARISSIMI.**
Vrbi vestræ, dico. Primò, quia
vel

DEDICATORIA.

vel Belgicarum Princeps, vel in-
ter Belgicę Principes meritò nu-
merāda. Deinde, quia ab eo mi-
sus accedit, qui nuper in vrbe ve-
stra Principē eloquentiæ classem
professus, generosi patrīs nō de-
gener filius æmulatus virtutem,
in eodem cum Gaspare Orientis
Orbe, strenui modò militis vel
coloni partes agit. Nominis ve-
stro inscriptus, Viri Amplissimi,
sub quorū auspicijs minima no-
stra Societas in isto nobili am-
phitheatro, Deo, Religioni, &
Bono publico suis obsequijs &
studijs assidue militat; quorū ha-
ctenus liberalitate munia nostra
educata, in ampliorem bene me-
rendi voluntatē se exerunt, si ad
ea latiūs diffundenda expeditam
Benevolentia Vestrā viā aperiat.
Dei & vestrā est ista nostra fami-
lia. Dei & vester est noster qua-
liscumque labor. Nec mirum, si

* 3 tuum,

EPIST. DEDIC.

tuum, ROBLRTE VVASSEN-
HOVI, nomen primum in fron-
te scriptum præferat. Tibi enim
togati huius ordinis primas ista
vice magni Principis censura de-
tulit; tuæ etiam cùm aliæ sæpe,
tùm nuper maximè pietatis &
benevolentiæ sensum nobiscum
experta nobilis ista ciuitas, cùm
amplissimi Senatus munificetiâ,
communi pietati sacrata ædes
fundata est, & attolli cœpta. stat
in diuinos vsus visenda moles,
sed nondum Deo & sacris apta.
Cœpistis bene; fauete, & quantū
potestis, iuuate. Precamur Deū
Opt. Max. vt viuatis diutissimè
incolumes, & gubernetis mul-
tum feliciter. Gandaui, 12. Maij,
Anno 1610.

AA. VV. deuotum

*Societatis IESV COL-
LEGIVM.*

INDEX



INDEX

LIBRORVM ET CAPITVM.

LIBER PRIMVS.

CAPVT I.

- D**octor Gasparis, eiusque gestis,
priusquam Societatem ingre-
deretur. pag. 2
- II. Societatem IESV ingreditur. 5
III. Sacris initiatur ordinibus. 13
IV. In Indiam destinatur. 17
V. Gaspar in Indiam soluit. 22
VI. Superatis duabus procellis Mozam-
bicum tener. 34
VII. Mozabici agros cum socijs curat. 42
VIII. Gaspar cum socijs Goam tenet. 50
IX. Altera quoque nauis Goa appellit. 54
X. Quam multi è Gasparis nauis Socie-
tatem petierunt. 59
XI. Goa cum fructu incipit laborare. 63
XII. De concionibus Gasparis, & carum
fructu. 67
XIII. Primarij cuiusdam Brachmanis
conuersio. 74
XIV. Profectio Gasparis in Chale. 79
XV. Rectoris munus deprecatus Armu-
Ziam destinatur. 83

* 4 XVI. In

INDEX

XVI. In Armuziano itinere quid egerit. 90

LIBER SECUNDVS.

CAPV T I.

- A**rmuzia descriptio. pag 96.
II. Armuziam Gaspar ingreditur. 101.
III. Quo in statu Armuziam Gaspar offendit. 104.
IV. Rerum dininarum ignoratione laborantem ciuitatem erudit. 110.
V. Quantum in tollenda libidine profecit. 118.
VI. Rariora quadam qua in eodem generare contigerunt. 124.
VII. Feneratios contractus & cupiditatem uniuersam impugnat. 135.
VIII. Inueterata odia tollit. 145.
IX. Militaris insolentia pietatem Armuzianam interturbat. 155.
X. Militum insolentia repressa, & acriter à Deo punita. 159.
XI. Quid cum hereticis, Schismaticis, Apostatisq; perfecerit. 170.
XII. Cum Iudeis quid egerit. 182.
XIII. Publica Gasparis cum Iudeis disputatio. 186.
XIV. Saracenorum sibi animos conciliat. 195.
XV. Glo-

C A P I T U M.

- XV. Gloriosa Gasparis & publica de Saraceno Philosopho victoria. 208
XVI. Nobilis alterius Saracena conuer-
sio. 211
XVII. Ex Arabia felice mittuntur ad
Gasparem legati. 216
XVIII. Cū Armuziano Rege que Gas-
pari contigerint. 222
XIX. Heroica Gasparis in Saracenos
pralia & victoria. 228
XX. Coranum sibi restituere conantur
Saraceni. 237
XXI. De Gentilium salute per Gaspare
procurata. 240
XXII. Armuzia de Collegio Societati
parando cogitat. 252
XXIII. Conuersiones aliquot rariores.
260
XXIV. Rebus admirabilibus Gasparis
conatus Deus saepe promouet. 264
XXV. Qualē Armuziā reliquerit. 272

LIBER TERTIVS.

C A P V T I.

- A**I. B Xauerio in Iaponiam euoca-
tur. 276
II. De successoribus Gasparis in
Armuziana missione. 282
III. Armuziā discedit Goā versus. 286
IV. Quid in ea nauigatione gesserit. 293
* 5. V. Quid

INDEX CAPITVM.

- V. Quid Goa fecerit ad aduentum usque
B Xauerij. 300
- VI Gaspar totius India Praepositus Pra-
uincialis creatur. 304
- VII. Qualis erga se fuerit in eo munere
constitutus. 312
- VIII. Nostros quantum in spiritu litter-
risq; promouerit. 318
- IX. Qua perfecerit circa puerorum in-
stitutionem. 326
- X. Fructus eius opera de reliqua ciuitate
collectus. 335
- XI. De Gasparis eo tempore concionibus.
340
- XII. Institutionis cuiusdam sodalitij fra-
etus ingens. 347
- XIII. Quanta passus fuerit in his omni-
bus obloquia. 353
- XIV. Gasparis mors. 359
- XV. Animisubmissio. 367
- XVI. Paupertas & Obedientia. 377
- XVII. Orandi studium. 381
- XVIII. Zelus animarum. 388
- XIX. Quid senserit de Societatis institu-
to. 397
- XX. Opinio sanctitatis. 416

F I N I S.

F A.

que
300
pre-
304
iere
312
tta-
318
in-
326
nte
335
bus.
fru-
347
ni-
355
359
367
377
381
388
tta-
397
416

FACULTAS R. P.
PROVINCIALIS PRO-
uinciæ Rhenanæ Socie-
tatis I E S V.

CVM Sacrae Cæsareæ Maiestatæ
ctis decreto omnibus & singu-
lis Typographis, & Bibliopolis,
ac alijs quamcumque librariam ne-
gotiatione exercetibus, serio, firmi-
terq; inhibeatur, ne quisquæ vlos li-
bros à nostris Patribus hasten° editos,
vel in posterū edēdos, intra Sacri Ro-
mani Imperij regnorū & dominiorū,
sue Cæsareæ Maiestatis hereditario-
rum fines, simili, vel alio characteris
genere, aut forma, siue in toto, siue in
parte recudere, vel alio recudendos
mittere, aut alibi etiā impressos ad-
ducere, vendere, & distrahere, clā, seu
palā, citra iudicium actestimonium
supradictorum Patrum audeat, vel
præsumat: concedo ego Hēricus Sche-
renus per Rheni Prouinciam Prouin-
cialis, Bernardo Gualteri Bibliopolæ
Colon. facultatē excudendi Vitā Ga-
sparis Barzæi Belgæ è Societ. nostra,

B. XA-

B. Xauerij in India Socij, auctore P.
Nicolao Trigault, eiusdem Societa-
tis Sacerdote conscriptam. In quo-
rum fidem hoc ei testimoniam ma-
nu nostra subscriptum, & sigillo
munitum dare voluimus. Her-
bipoli IX. Calendas Au-
gusti. Anno M.
DC.X.

Henricus Scherenus.

VITAE

1



VITAE
G A S P A R I S
B A R Z A E I B E L G A E
E S O C I E T A T E
I E S V.

LIBER PRIMVS.

CAPVT I.

De ortu Gasparis, eiusq; gestis, prius-
quam Societatem ingredie-
retur.



ELGIVM in Prouincias 17. diuisum, vnam
habet cōpluribus Insulis distinctam, Ze-
landiam, Mattiacis o-
lim populis (vt doctioribus placet)
habitata. Harum vna Goëza, ab
oppido, quod continet, eius nomi-
nis dicta, Gasparis patria est; vbi pa-
rentes habuit honestos quidem, sed
tenues ac plebeios, quos supra vul-
gus vera filij nobilitas virtute parta

A fūb-

2 VITAE GASP. BARZAEI,

sūbuexit. Porrò patrem Franciscū, matrem Agnetem dictam tferunt.

*Origo
Gasparis
& edu-
catio.*

Vnde factum existimo, vt in Lusitania Gaspar Franciscus appellare-
tur, more suægentis, cognomen à parentis nomine mutuatus, tanquā peregrinum minùs, & Lusitanis auribus altero cognomine familia-
rius.

Eius natalem annum, pueritiam, ac propè totam ætatem, exceptis paucis illis postremis, quibus omnino claruit, annis, fortunæ condi-
tio, & verò viri modestia planè ob-
scuram reddiderunt. Fuit enim ex illis unus, de quibus sacræ litteræ dicunt: Quasi meridianus fulgor
consurget tibi ad vesperam, ijs è di-
ametro aduersus, quibus occidit sol
in meridie. Sic tamen accepimus,
eum post prima Grammaticæ rudi-
menta in Zelandia deuorata, in ce-
leberrimam & antiquissimam Lo-
uaniensem Academiam, in Braban-
tia Belgij Ducatu sitam, & eius Me-
tropolim, concessisse: ubi expleto
Philosophicæ curriculo, ac Magister-

rij

ri laurea donatus, in Castrensi, ut
ajunt, Pædagogio, Theologica stu-
dia arripuit, eosque fecit progres-
sus, quos conciones habitæ, respon-
sa de iure conscientiæ data declara-
runt; nisi scientiam illi diuinitus
inditam (quod alibi discutiendum
est) cum multis existimemus.

Inde varij eum casus erroresque
in Lusitaniam attulerunt; quibus
porro cassibus iactatus sit, incertum.
Non defunt tamen, qui sub Carolo
V. militasse putent: at tandem ma-
lis eruditum, quibus expertis bel-
lum amarescit, militiæ primum,
postea etiam mundo nuntium re-
misisse. An idoneo autore ita sen-
tiant, ambigo. Nec de nihilo ta-
men hæc opinio nata est: quando in
litteris Indicis iam olim editis, ad *Lobanij*
marginem litterarum Ormutina- *an. 1568.*
rum, hæc à fidâ, ut creditur, manu
adiecta reperiuntur. At verò non
est quod incerta confitemur. Cer-
tum illud, priusquam se Deo man-
ciparet, in Lusitania viro nobis-
i hæsisse. Erat is Sebastianus

A 2 de Mo-

4 VITAE GASP. BARZAEI

de Moraes, ærarij regij in Lusitania totos 12. annos præfectus, vir magna apud suos olim integritatis opinione: qui quod vxorem haberet, è Belgico sanguine oriudam, facile Gasparem in suam familiam vel in coniugis gratiam admisit.

Hic postquam Gasparem ex India in Europam fama rerum admirabilium reuixerat, hoc eius facti de se narrare solitus est. Vifus era hero nescio quid peccasse: itaque intemperantiūs in eum inuehitur, & verbis verbera adiiciens Gasparem male mulctat. tacuit tum Gaspar, ut erat naturæ facilis ac modestæ: & verò tacendum illi erat qui herum de iracundia moneretur, ne iracundo monitor eset iracundus. Abierant iam hora aliquot, & Gaspar hominem obseruabat, cuius, cum iracundiam deferuisse conspexit, ad eum adit, & fustem eundem manu gerens, her-

Tolerantia exē- offert. Sume, ait, nunc here fustem & si quidem tibi peccasse iam, cūn- plum. iram posuisti, videor, nocenter

plecti

plect
velin
ne al
stigai
petie
pudo
reliq

S
filiū
tare:
regn:
ingre
muta
quib
equie
ad m
Orie
ratic
Deo
Crec
deric
fæcu

I
ania
agna
nio.
Bel-
Gas-
con-
k In-
dmi-
facti
era
aque
itur,
aspa-
n Ga-
c mo-
ierat
onere
or es-
hora
bser-
m de
lit, 8
, her-
istem
, cùn-
enter
plecte

L I B . I . C A P . I I .

plecte. non ego is sum qui peccare velim, puniri nolim; sed quæso te, ne alias, cùm famulos suscipis castigandos, consilium ab iracundia petieris. Quibus ille verbis herum pudoris admirationisque plenum reliquit.

C A P V T I I .

Societatem Iesu ingreditur.

Seruiendi necessitatem; quam Gaspari nascendi fortuna imposuerat, diuinæ sapientiæ consiliū eum docuit in melius permutare: ac si quidem Domino servire, regnare est; suo in Societatem Iesu ingressu seruitutem in regnum permutauit. Atque utinam iij viuerent, à quibus in Societatem est cooptatus! equidem non dubito virum tantum ad maxima natum; tantum, inquam, Orientis lumen, singulari quadam ratione AEgyptiacis ex tenebris à Deo ad terram sanctam euocatum. Credibile omnino P. Simonis Roderici exemplò ac consuetudine, à sæculi stipendijs ad vexilla Chri-

A 3 **Si es-**

6. VITAE GASPAR BARZAEI

st i esse traductum. Hic etenim B. Xauerio Indiam petente, Regis. Ioannis I.I. rogatu, ac B. Ignatij nutu, cuius erat ex nouem primis socijs unus, in Lusitania remanserat; & virtute eximius, cum ob alia, tum vel maximè repudiando. Episcopatu

P. Simon Rodericus Episcopatus Conimbricensi, summa Regis voluntate, delato habebatur. Itaque tanta viri modestia excitatus, imitandi studio in Societatem adscribi respulso. flagitauit, eaque impetrata. Conimbricam anno ab Regij, illius Collegij fundatione quarto, salutis non r 1546. à confirmata per Paulum I.I. sexto, die Aprilis 20. peruenit. Hæc ex Tirocinij codicibus decerpita, ybi etiam moribus nostris libri nonnulli, quos in donum intulit, recensentur: quo apparet, eum, si quid à domesticis obsequijs succisiui temporis haberet, studijs dare consuetum.

Non pauci iam cum ibidem erant ē nostra Societate: & Gaspar, quidem 117. illius Collegij numeratur, quamuis abierant ex his aliqui

in Indiam, & alias in partes vineæ
Domini, quidam etiam fortasse re-
tro abierant; atque ita ferè centum
ibitum vixisse referuntur. P. Simon
licet Olyssiponæ in aula commora-
retur, idque ob Principis Ioannis
institutionem, in qua tunc Regini im-
pensè id postulantis, tum B. Ignatij
autoritate (qui hoc Regii optimè
merito non negandum existimabat)
subrogatus fuerat P. F. Ioanni Soa-
rez, Conimbricensem Episcopatum
adeptor: tamen subinde suos ac ferè
solennioribus diebus interuisebat.
Magnus erat illis temporibus fer-
uor, magna virtutis exempla, tan-
que domi ac foris se mortificandi,
ut hac in re aptè loquar, contentio,
ut ardere domus ipsa virtutum igne
amoreque diuino videretur. Possem
in hac re, fortasse non importune,
ad quædam digredi, & ad singularia
descendere, nisi alienum esset ab in-
stituto; & ut fuisset alienum,
fecissim tamen, nisi fusè, & ex
instituto, Prouincia Lusitanæ san-
ctissimæ & antiquissimæ, qui præ-

A 4 mani-

8 VITAE GASP. BARZAE I

manibus hīc sunt, annales in lucem aliquando prodituri, hæc æterna memoria digna ab interitu vindicarent. Eodem itaque anno, qui erat 1546. sub natalem Domini, ut tirones suo conspectu recrearet, & inflammata salutis proximorum studia magis accenderet, atque adeò simul exploraret, Conimbricam aduenit. Postremum illud ita ab eo factum, ut non occuparet imparatos. Nam Olyssiponæ cuique suum axioma de diuino amore, de quo coram dicturi essent, miserat, & quærendi ac postulandi ex se, quod libitum esset, fecerat potestatem. Presterunt hæc omnes, quæsitaque pariter ac responsa monumentis sunt inserta: nihil tamen de Gaspare perio, sed quantum se supra cæteros extulerit, ex simili periclitandi genere manifestum euadit.

Varij in Sunt in Societate nostra, ad imitationem Ecclesiasticæ hierarchiæ, **Societate** gradus. quæ est castrorum acies ordinata, **gradus.** varij gradus ac ordines. Primum tenent, Pâtres Professi, qui virtute ac doctri-

doctrina conspicui, nuncupato, super religiosa tria, quarto Pontifici voto, seipso in omnia pericula offerunt Ecclesiæ causa adeunda. Alterum illi, qui tum in temporalibus tum in spiritualibus eos adiuuant, ac proinde Coadiutores dicuntur, prout in Constitutionibus ac litteris Apostolicis explicatur. Itaque P. Simon, qui tirones suos ad omnem virtutem ac Societatem normam efformabat, edixit omnibus, ut in oratione diligenter Domino commendata, & rationum momentis accuratè expensis, sibi quisque scripto traderet, quid ea in re sentiret, ad quem in Societate gradum atque ordinem ad maiorem Dei gloriam inclinaret. Varij varia, omnes quod abiecius sibi videbatur, responderunt. Gaspar porrò in hæc verba, prout ex Lusitano, quanta potui fide, conuerti, respondit: Non veni *Negatio* in Religionem ministrari, sed ministrare; multo minus veni delicias, *Gaspare insignis.* sed Christum Iesum crucifixum quæsiturus, & eum in sancta pau-

A 5 per-

110. VITAE GASP. BARZAEI

pertate, castitate, ac obedientia futurus, ut iam ante promisi: atque ideo dico ac profiteor esse me paratum, ac me totum in manus R. V. erado perpetuo Patrum Professorum Societatis IESY adiutorem, coquum, domus euersorem, obsonatorem, seruum à pedibus (ita enim ille) litteras & alia eius generis mādata terra marique delaturum, quācumque illi in partem me ad maius Dei obsequium amandariat, siue in terras Christianorum, siue Saracenorum; Turcarum vel Gentilium. Adhuc in manus R. V. me erado in nomine Iesu Christi, ut non solum illi, sed insimo cuique nostrae Societatis, in infinitis quibusque domi vel foris seruiam. Quibuslibet item proximis ad obsequium diuinum absque ulla exceptione: leprosis, peste, cancro, aut alia qualibet aegritudine quantumcumque contagiosa in nosocomio laborantibus. Offero me dēnique quibuslibet peregrinationib^z ad quacumque terras remotas: Indiam, Aby-

Abyssinos, &c. in habitu pannoso,
lacero, in fame, siti, in frigore, & æ-
stu; in imbre & nube; in qualibet a-
lia egestate, prout R. V. vel quilibet
alius suo mihi nomine mandauerit.
Sequar agnum quocumque ierit, i-
pso passo, eadem cogitatione arma-
tus. Non cupio esse Professus, nec ad
eam rem propriam habere volunt-
atem, salua semper Christi & R. V.
si quid mandauerint, voluntate. V-
niuersa haec promitto ac profiteor
coram Domino & gloria Virgi-
ne eius matre, me in perpetuum
obseruaturum, & quam potero
absolutissime. Quod ego ita va-
lidum ac ratum habeo, ac si vo-
rum solenne esset. Atque adeo cœ-
lites omnes rogo, gratiam ac vires
ut mihi impetrant, ad haec ita perfe-
ctè implenda, ut cupio usque ad
mortem, mortem autem crucis; at-
que ita in manus R. V. Christi vi-
ce trado, ut de me statuat ac fa-
ciat, quod ex eius honore magis e-
rit in perpetua seruitute. Hic tenus
Gaspar ita in obedientiæ bilance

A 6 libra-

libratus, vt dubites, in quam partem velit inclinare, nisi fortasse in eam, à qua naturæ corruptæ instinctu abhorremus, vt deinde in aurea veri obedientis æquabilitate considereret: quæ quidem eius verba velut sacra temerare veritus, in suo candore reliqui, memor ebori colores non addendos.

Sed non fuit ipse factis aliis quā verbis, quantum quidem ei licuit, semper in abiectis officijs muneribusque versatus. Conimbricæ artium magister & Theologus ita se gerebat, vt vulgo rudis & ineptus ad omnia politiora haberetur: frequens erat in culina, triclinio; sed potissimum bene longo tempore vestiarij socius, ex eo iam ædificij sui spiritualis alta iaciens fundamenta. Quam porrò toto illo tempore quo Conimbricæ egit, quod non fuit biénio toto, purè & sanctè dium. vixerit, ex eo videre possum, quod serìò laméetur tempus apud infirmos amissum, & in istis colloquijs male collocatū, quod in ijs nimium sibi

fibi, & suæ delectationi indulgeret. Ita omnino viri sancti, admirabili spiritualium oculorum perspicacitate, in ipsis virtutibus suis ac sanctis operibus inueniunt, quod reprehendant. Sed videamus modo, quam admirabili ratione lumen illum sub modo positum, dum maximè latere cupit, Deus super Ecclesiæ candelabrum collocarit.

CAPUT III.

Sacris initiatur ordinibus.

Inter eas religiosi tyrocinij exercitationes, quas P. Simon suis prescribebat, erat alia quædam magni semper habita in Societate, atque adeò in omni benè constituta Religione momenti: suum scilicet Superiori totum animum aperire, rectè praeque facta, atque omnes hostis nostri suggestiones prodere: quod ut illis esset familiarius, etiam aliquando palam ut fieret, vel permittebat, vel incitabat, satis gnarus hostem proditum fugere, cuius artes non sunt nisi quales à

Principe tenebrarum expectari debant occultæ. Hoc ipsum itaque quādam die in P. Simonis præsentia serio agebatur, prò se quisque se accusabat, vel remedium accepturus, vel poenam aliquam ex innato pudore de se ipso sumpturum: cum ecce tibi Gaspar noster ad P. Simonis se pedes abiiciens, ait, importuna se & graui dæmonis tentatione infestari, à quo ad concionandi munus optandum sollicitaretur. Mouit ea res reliquos, sed ad risum, cui enim videri posset, Gasparem illum ita rudem, hominem externū & in lingua Lusitana, ut in cetera non decessent, infantem, posse hæc tentatione pulsari videbatur. Gaspari, ut & cæteris omnibus, non ferenda tentatio, tamen facile refutanda.

*Divine
prudentia ex-
empli.*

Sed planè mirabilis est illius prudenter, qui disponit omnia suanter, cùm hac ratione, ut à virilioribus munis, quod secus videri poterat, ad altiora admoueretur, effectum sit. P. Simonis iudicium, quod

quod aliud tum in homine nihil
appareret, Gasparis, & reliquo-
rum iudicio commune fuit. Itaque
medicinam malo facturus, ut pro-
prio ense Goliath ingularet; con-
cionandi cupiditatem conatus est
concionando præfocare. Gaspa-
rem statim vicinum scamnum sub-
ire iubet, & qua de re velit, ver-
ba facere. Ille verè humilis nul-
lum medicinæ genus subterfugi-
ens, addicendum serio aggreditur;
verum ita male, ut nulli tolerabi-
lis saltu contio videatur; cum
& Lusitani sermonis penuria hæsi-
taret, tum ea oris ac corporis esset
vastitate, ut ne quidem, qui pro-
ficere posset, iudicaretur. Percon-
tatus ex eo P. Simon, ecquid ipsi
tandem de se videretur, aperte re-
spondit: quamvis aliquoties æqua-
li, ac peiore euentu dixisset, con-
cionatorem se quandoque futu-
rum non desperare. Res mira illis,
quibus de eius demissione tantum
constabat, est visa: sed P. Simon,
quoniam Rectores in subditis
regen-

16 VITAE GASPAR. BARZAEI

regendis, cum opus, numine afflari certum, diuini aliquid latere subodoratus, hominem ad se vocat, opinione sua doctiorem repertum domesticis officijs expedire se, & in literas incumbere iubet, ac se ad sacros ordines breui suscipiendos comparare. Admiratus plurimum decretum Gaspar; sed vt erat ad obediendum factus, ne ausus quidem est repugnare: Octo ab ingressu in Societatem mensibus iam expletis, ipsa natalis Domini noctu exeunte, iam anno Domini 1546. nou^o Sacerdos primum, immo tria prima sacrificia litat: alij cum eo duo, P. Benedictus Fernandez & P. Ludouicus de Gram, Conimbricensis deinde Collegij Rector, idem insigni sua cæterorumque, vt scribitur, gratulatione & lætitia præstiterunt. Posterior etiamnum, dum hæc scribo, Pernambuci in Brasilia viuit. non licuit ei diu per P. Simonem Tyrocinij quiete frui; viri virtus & operariorum penuria breui eum in aciem eduxerunt. Et sanè videtur,

vnā

vnà cum charactere sui quoque mu-
neris obeundi gratia fuisse donatū.
Siquidem & conciones felicius e-
ueniebant, & quidquid deerat, in-
genti animarum zelo facile com-
pensabatur. His initijs suis ad quan-
tam dicendi facultatem ascenderit,
posterioris apparebit.

CAP V T IV.

In Indium destinatur.

Primicias huius tanti spiritus,
secundò post sacerdotium sus-
ceptum anno, oppida in Lusi-
tania duo prægustarunt, Figueiro &
Pedroga, Conimbrica quatuor
quinqueve leucis distantia, & inde
Olyssiponam euntibus ad sinistram
sita. Eò P. Simon P. Gasparem ex no-
stre Societatis instituto miserat: ibi-
que doctrinæ Christianæ capita ex-
plicare, concionari, confessiones
excipere, in quibus postea ita excel-
luit, est aggressus, tanto fructu, ut in
hæc usque tempora memoria in ho-
minum ore perdurarit. Dum istic
frugem facit, Deus, qui alio tantum
lumen

183 VITAE GASP. BARZAE I

lumen destinarat, & durioribus a-
nimis excolendis præpararat, Su-
perioribus eam mentem ingerit, ut
nauigatione proximè appetente,
in Indiam cum alijs aliquot aman-
daretur. Itaque visus est ab ea oc-
cupatione renocandus, in qua suf-
fектus illi P. Ludouicus González,
qui deinde Sebastiani Regis magi-
ster fuit, insigni virtute vir, ac mo-
destia imprimis & sui respectu exi-
mius. Nam cum mandato P. Si-
monis, Rectoris munere Conim-
bricæ functus esset, illud propensa
voluntate cum coqui officio com-
mutarat, & iam aliquamdiu sedu-
lò cum magna animi sui volupta-
te obiuerat, cum rursus inde ad
Gaspari succedendum reuocatur.
Profectus ille ad Gasparem, Fi-
gueiro redeuntem & Pedrogom
petentem obnium habet, nuntiat
ei domum redeundum. Mox ille
quorsum mi Pater? in Indiam se
vocari ut intellexit, obstupuit pri-
mò; at postquam se collegisset, ge-
stire gaudio, in terram se abijcere,
immor-

immortales Deo ante omnia gratias agere cœpit: inde ad Patrem conuersus, tam in nuntijs baiulo grates omnes quas potuit persoluit, cum eo paciscens, ut merita omnia in reliquā vitam, quam optima ratiōe possent, forent cōmunia. Inde P. Luduico Gonzalez comite cœptum iter prosequitur, ea quæ iam præ manib. habebat, ante redditum perfecturus.

Ac mirū est, non ex itinere mox dōnum redijisse, ut hoc suum gaudium, quod capere animo nō poterat, in ceteros fratres cī gratulaturos partiretur: sed nimirū hos animi lētantis motus spes proxima frugis de proximis colligendæ temperabat. Pedrogā ubi peruenit, mox campano ære concione cogit, ad quam eo ardore verba facit, quo credibile est hominem ita permotum facere potuisse. Nā habet tantos aliquādo diuina gratia impetus, potissimum si ad res arduas vocet, ut hominē propè extra se rapiat. Ego sanè mallem, quod sensit Gaspar, experiri, quam cius animi motum audioribus his

*Feruor
in signis.*

his lineamentis adumbrare iam ille
sibi in India esse videbatur, iam ad
Brachmanes dicere, vel in media
Iaponia, aut China, aut inter Aby-
finos; quæ ille loca iam diu spe con-
uersionis deuorarat. Sub extremam
concionem auditoribus se ad pec-
cata eorum pœnitentiæ Sacramen-
to expianda obtulit: fore hoc labo-
rum suorum gratissimum stipendiū
& munus abeuntis, animæ cuiusque
suam vi Sacramentorum restituere
puritatem. Exemplò è pulpito ad
sedem huic muneri deputatam per-
git, eos qui se obtulerint auditurus:
ac subitò (tantus fuerat in animis
audientium motus excitatus) pœni-
tentibus gratissima vndique obsidi-
one cingitur, & succendentibus in-
uicem alijs atque alijs, diem reli-
quum totum, cum tota nocte inse-
quenti, ad decimam usque diei
sequentis horam, continuò confi-
tentium concursu continuat, cibi
omnino ac somni immemor. Totis
enim illis 18. aut 20. ferè horis nec
semel assurgens, nec oculos sopori

per-

permittens ita permanxit, vt licet
pridie pedes venisset, magna con-
tentione verba fecisset, absque vlla
refectione perseueraret ad decimā,
vt dixi, sequentis horam: cum diui-
num officium recitaturus, missam
facturus, & suis poenitentibus cæ-
lestem panem præbiturus assurre-
xit. His ipse tolerantiæ suæ faciebat
periculum, & iam tum ad magnos
illos Indiæ labores præludebat.
Hinc deinde P. Ludouico Gonzalez
reliquis, quæ agenda supererant,
commendatis, Conimbricam in In-
dica cogitatione defixus, Februarij
18. cum in ea missione ab octana Ia-
nuarij mensem ac decem dies posu-
isset, regreditur, vbi non minores
dedit exultantis animi demonstra-
tiones, nisi quod iam quodammodo
prælibato gaudio, res minus noua
sibi cæterisque videretur. Biduò
post 20. Februarij à carissimis fra-
tribus non sine lacrymis Conim-
brica digressus Olyssiponam cum
socijs (nam alij quattuor, Balthasar
Gagus, Baretus, Emmanuel Vaaz, &
Ludo-

22. VITAE GASPI. BARZAEI

Ludouicus Froez Olyssiponæ iam
eos præstolabantur) in D. Antonij,
quæcum erat Societatis domus, quā
Residentiam vocamus, nunc vero
Collegium est; peruenit ybi dum
nauigationis tempus expectat, fer-
uore suo nōstros omnes magna spe
compleuit, magnum aliquem vineę
Dominicæ cultorem in Indiam na-
uigare.

CAPUT V.

Gaspar in Indiam soluit.

IN SANAM illam, ut nonnulli
vocant, in Indiam nauigatio-
nem aggressurus Gaspar, in D.
Antonij domo accurate sibi nauti-
cum commatum compararat; non
illum quidem, qui corporis necéssi-
tati deseruit (hac enim sollicitudi-
ne prouida rectorum cura suos li-
berat) sed eum, qui frequentia ora-
tionis, ac cætera pietatis exercita-
tione acquiritur & perdurat. Post-
quam igitur ab eo instructus esset,
Olyssipone Patrum iucundissima
stipatus corona egreditur. quæ in

coiti-

eo itinere, quod erat ad naues vscque, dicta fuerint, aut cogitata, ab experientia facilius est discere, quam ab eloquentia. Solemne iam enim erat generosos illos totius mundi ciues, velut olim Christiani Paulum, ad littus vsque Comitari, ac subinde positis genibus, Dei Virginis, & Sanctorum auxilium implorare. Locus est ab Olyssipone, celeberrimo totius mundi emporio, Beleem vel Bethlehem dictus, celebre etenobium Hieronymianorum Patrum, Lusitanorum Regum & nominatim magni illius Emanuēlis, qui longas Regum manus in Indiam vsque primus extenderat, quā magnificentiæ, quā pietatis monumentum: ibi cū stabant naues duæ, in Indiam soluturæ. Hic ab inuicem, cum sanctis hinc letitiæ, illinc æmulationis piæ fletibus, & fausta soluturis appreicatione digressi nauem insiliunt, familiaribus cum Europa extremum valere iussis, ve la animosque ad veras Orientis opes

opes, animas Christi sanguine redemptas conuertunt, eo audiūs, quo pluribus eas periculis prospiciunt quærendas.

Duæ naues erant ad iter instruētæ; Prætoriam à D. Petro, alterā Gallegam nominabant: decem verò è Societate, non minimum illis temporibus subsidium Indiarum, illi in utramque pari numero distributi quisque suam descendunt. Gaspar in Prætoriam cum P. Melchiore Gonzalez, P. Balthasare Gago, Ioanne Fernando, ac Aegidio Bareto; in alteram P. Antonius Gomez, Paulus del Valle, Franciscus Fernandez, Emmanuel Vaaz, & Ludouicus Froez subierunt. Priori præesse iussus P. Melchior Gonzalez; alteri P. Antonius Gomez. Verū intereā dum expectant, anchoras tollunt, vela distendunt, intentis intuentium oculis satisfaciendū puto, & breuiter faciendum, vt noti sint Gasparis socij: & quia quæ de tota nauigatione dicentur, ita de Gaspare dicentur, vt tamen intelligantur cum socijs

Gasparis
in nauigatione
Socij.

eijs eiusdem nauis fuisse cōmunia;
deque altera, si non eadem, saltem
simillima intelligentur. De P. An-
tonio Gomez alius erit necessariò
dicendi locus: hoc tantum moneo,
illum Theologiæ doctorem è cele-
berrima illa Sorbona Parisiensi, an-
te ingressum in Societatē extitisse,
qui iam Indiam ideò peteret, ut
Goæ Rectoris officio fungeretur.
P. Melchior Gonzalez, is qui post rē
Christianam in India Boccaymi
præclarè administratam, Gaspari in
munere Præpositi Prouincialis bre-
ui tempore successit, usque dum in
Iaponiam solueret. Balthasar Ga-
gus rebus in Iaponia præclarè ge-
stis celeberrimus fuit: Ioannes Fer-
nandez ibidem socius B. Xauerij de-
cem totos annos concionibus, licet
esset rerum temporalium adiutor,
promouit. Baretus, Emanuel Vaaz,
ac Franciscus Fernandez in India
strenuè laborauerunt, sed cæteris
obscurores in Annaliū monumen-
tis remansere. Paulus del Valle à B.
Xauerio luculento teste vir magnæ

B

vir-

26 VITAE GASPERI BARZAE

virtutis appellatus, post in Comorino Promontorio multos labores exantates tantum non martyr mortuus est. Ludouicus Froez Iaponum non Apostolus modò, sed & historicus fuit insignis, & facile illorum temporum primi, ut ex litteris cuius constare potest. Sed ad Gasparum redeamus, & cum bono Deo soluentem 17. Martij anni 1548. prosequamur.

Hominem magna facturum tantum de proprijs viribus diffidere est opus, quantum de diuino fauore confidere. Et verò ita sentiebat Gaspar, quem in nauem ingredientem, cum magnam nobilium hominum multitudinem vidisset, ea subiit cogitatio, ut fructum aliquem inter illos facere se posse desperaret. Verum se ipsum deinde consolans, & in Domino spem erigens, nouit inquit, quid Dominus agat, cuius ipse prouidentiæ committebat vniuersa. Vixdum vela dare coepérant, & adhuc propè in conspectu erat Lusitania, cum in scopulos imprudenter

ter ingressi; proximè naufragio, à quo Dei benignitate erepti, abfuerunt. Postridiè illius diei, quo periculum adierant, Præfectus Ioannes de Mendoza, de quo mox plura, cū militum lustrum institueret, eū Patres adierunt rogantes, vti liceret quotidie Sanctorum Litanias publicè recitare, conciones & Christianæ doctrinæ explicationes habere: quæ omnia non modò non ægrè, sed etiā magno suo ac cæterorum gaudio concessit. Dum verò hæc inter se onera diuisuri, rem Christianam inter nauticos homines promouere meditatur, ecce tibi subitò vniuersa in vnum Gasparem reciderūt: quippe cæteri solita ex mari nausea male affecti dies aliquot adiutore etiam aguerunt. Solus igitur Gaspar omnia curare aggreditur; & cùm neminem haberent, qui cibum pareret, fuit hoc illi munus, quod alias sæpe Conimbricæ fecerat, repetendum.

Focus est in naui communis omnibus; ad eum in omniū oculis acce-

dendum: & quoniam eò tota fæx
 mancipiorum solet conuenire, Ga-
 sparem è se metientes famuli ac ser-
 uitia, nulla habita sacrorum ordi-
 num ratione, scurriliter ac petulâ-
 ter omnino tractabant. ita enim
 sanctus Pater, qui sui ipsius contem-
 ptui assueuerat, se se gerebat, vt ab
 omnibus contemnendus videretur.
 Itaque ollam illi suam vel subduce-
 bant, vel frangebant, vel etiam e-
 uirtebant; ac secum præclarè agi-
 putabat, si quādo pugnos ab hac ho-
 minum colluuie euafisset. Poterat, si
 vellet, auctoritate Præfecti petulâ-
 tissimorum hominum insolentiam
 coèrcere: sed sæpe alias de patientia
 sui que demissione acturus, iam e-
 xemplo præmonstrabat, quod erat
 verbo deinde docturus. Et sanè vi-
 detur Deus, quod illa prima Socie-
 tatis lumina peruidebant, magna-
 non nisi per eos facere, qui à vilissi-
 mis & minimis inceperunt: stulta
 enim mundi elegit Deus, vt confun-
 dat fortia; & ignobilia mundi, &
 contemptibilia, vt non glorietur
 omnis

Humili-
 tatis e-
 mercitii.

omnis caro in conspectu eius. Hæc agentem obseruabat aliquando vir nobilis Henricus de Macedo; & ut latere non potest virtus, simul laborum misertus, simul ab eo homine maiora quædam, quam quæ in culina latent, expectas, famulo cuidam suo mandauit, ut Patribus cibum appararet.

Non ideo Gaspar cessare, sed labore coepit permutare. Ex eo enim tempore, festo die quolibet, de operibus misericordiae conciones habendo, iam tum auditores suos ad re ita futuram tota nauigatione necessariam comparabat; profectis autem diebus, ut plurimum orationem Dominicam pro rudiorum captu explicabat. Confessionibus quoque audiendis, peccantibus admonendis, ipse cæterique, cum per valitudinem licuit, occupabantur. Neque verò deerat materia, quam adferre solet mulierum, quæ nauis eadem vehebantur, multitudo, adeò ut annuente Præfecto eam turbam alibi oportere in terram expone-

30 VITAE GAS. BARZAEI

re omnes sentirent, sicubi eam atti-
gissent, ne malis permixti integri &
boni cum illis diuinam in naufra-
glo mari vindictam experirentur.
His spiritualibus officijs corporis
quoque obsequia, vel pauperibus
vel ægris adiungebant. Itaque om-
nis eorum commeatus, quamuis te-
nuis, in Indiam usque cum paupe-
ribus semper communis fuit, &
quod permirum, defuit nunquam;
quin & excreuisse potuit videri:
quod præter ipsos Patres vir qui-
dam cum alijs multis, qui hac de re
in Lusitaniam litteras dedit, admi-
rabatur. Fuit is in Societatem nostrā
Goæ à B. Xauerio acceptus, cùm to-
ta nauigatione, Patrū exemplo per-
motus, strenuè ægris seruiendo spe-
cimen sui dedisset; vnius ex ijs, quos
in hoc vasto mari Gaspar ad Reli-
gionis sagenam cōpulit, de quibus
aliquid infra dicendum erit.

His occupatum Gasparem secū-
dus usque in Guineæ oram detulit
ventus malacia infrequenti, quæ ta-
men his in locis solēt esse molesti-
simæ,

simæ, quanquam fortasse illas ipse
alijs occupatus minùs sentiebat. In-
terim his pietatis charitatisque of-
ficijs, in magno apud omnes honore
nostrī, sed potissimum Gaspar esse
cōperant, contemptu verò in ve-
nerationem: ex quo fructus, qui cō-
sequi solet, est collectus. Homines
enim, vt ipse ait, ante indomitos, ita
hæc obsequia mansuecerunt, vt
sua omnia vel Patribus, vel egenis
per eorum manus liberaliter offer-
rent; de rebus animi sui frequen-
tes percontarentur; controuersias
omnes eorum arbitrio dirimendas
deferrent. Ac Præfectus ipse in par-
tem cæterorum venit: nam diu ob-
seruatum Gasparem, dissoluta cō-
cione ad infima quæque in ægro-
rum obsequio descendentem, pri-
mùm admirari, deinde etiam ho-
mini seipsum aperire consti-
tuit. Ergo ad se in cubiculum vo-
catum amore Dei rogat, vt secum
familiariter agere non grauetur,
cupere se tempus alijs rebus so-
litum malè collocare, in spiritua-
simæ,

libes colloquijs expendere. Laudatum hominem Gaspar ita suaui cōsuetudine demulxit, vt iam totus es-
set Gasparis, & eius ab ore modò Psalmum explicatis, aut alia in hoc
genere homini accommodata per-
tractantis, magna animi voluptate
penderet. Ergo Præfectus iam fre-
quens peccata expiare, pauperibus
adesse, cum omnibus clementer a-
gere: demum eò peruenit, vt nihil
omnino gereret, nisi Gasparis arbi-
tratu, cui iam sæpe (ita hominis vir-
tutem suspiciebat ab omni ambitu
omnium maximè alieni) totius na-
uis administrationem detulisset. I-
taque vbi maturum esse vidit, ho-
minem pijs Societatis nostræ com-
mentationibus statuit ad pietatem
informare, atque, quòd id sufficere
videretur, primæ hebdomadæ, quæ
in peccatorum ferè expiatione, &
nouissimorum meditatione versa-
tur, exercitationibus expoliuit. Ex
ea verò animi collectione ita pro-
fecit, vt aliis esse videretur, & iam
de sua salute sollicitus Gasparem
semel

EI
iuda-
i cō-
is ef-
nodò
n hoc
per-
ptate
i fre-
eribus
ter a-
nihil
arbi-
is vir-
mbitu
us na-
set. I-
t, ho-
e com-
etatem
fficere
e, qua-
ne, &
versa-
uit. Ex
a pro-
& iam
sparem
semel

semel rogauerit, quî fieri posset, vti
seipsum ab interitu sempiterno
nulla pœnitentiæ asperitate, tot fa-
mulis ac epulis instructum vindica-
ret, cùm videret eum ac socios eius-
dem gloriæ, quam & ipse quoque
sperabat, adipiscendæ causa tanto-
perè laborare, tanta in infirmorum
ministerio, vel à fœtore, vel à for-
dibus tolerare? Sed nimirum docuit
eum Gaspar, non deesse in illo vitæ
genere bene de Deo, deque homi-
nibus merendi occasiones præcla-
ras; quibus si vteretur, næ eum sa-
luti suæ probè consulturum. Ita-
que ex Gasparis sententia nauticam
turbam sic moderari cœpit, vt ho-
minum colluies rectè instituta fa-
milia videretur. Tantum valent in
vtramque partem eorum, qui ad
gubernacula sedent, mo-
res & exem-
plum.

CAPVT VI.

Superatis duabus procellis Mozambicum tenet.

Post superatas tædij plenas
Guineæ malacias, ferè solent
procellosi promotorij (vt pri-
mum à Bartholomæo, Dias nomine
imposito, appellatum fuisset, nisi
Ioannes secundus, ille Orientis ex-
plorator, Bonæ spei dici maluisset)
qui Indiam petunt, rabiem perhor-
rescere. Neque vanus fuit huius na-
uigationis metus, iam reflexo ex
meridie cursu in Orientem proce-
debant, cùm ecce atrox procella
suboritur, qua tempestiuè usus Gas-
par, ventis licet obstrepentibus, a-
liquoties ex re nata magna utilitate
dixit. Nam super illis in simili casu
verbis: Propter me exorta est hæc
tempestas: proijcite me in mare: eos
omnes acriter reprehendit, quorum
fortassis peccata ventos ac mare
prouocassent: quæ, si tranquillita-
tem cuperent, in mare lachryma-
rum essent ex animi sentina demer-
gen-

genda, ac salutaribus poenitentijs animi fletibus eluenda. Monuit insuper accurate, quod esset tali tempore cuiusque secum, & cum offensum in officium; quæ partes item essent singulorum in communis periculo pro salute communi, ne forte cuiusquam ignavia cum ventis mariisque conspirans ultimum cunctis discrimen accerferet. Rogauit deinde, ut metum quisque suum dissimulans ab infanis clamoribus abstinerent, diuinam opem taciti secum ipsis à Deo cordis scrutatore implorarent, ne alij alijs terrori, omnes omnibus maius parerent detrimentum.

Ea Gasparis monita non modò in præsens malum opportuna fuere & salutaria, verum multò magis ad impendentem grauiorem longè tempestatem vectorum animos præpararunt. Hæc enim, ut atrocè esset, quia minus diuturna, tolerabilis erat. Omnia enim breuia et si maxima sint, leniter feruntur. Verum vixdum ab ea respirarant,

B 6 cùm

36 VITAE GASP. BARZAE I

cum die quodam (è viginti, quibus
 in superando promontorio labora-
 runt vno) sub noctem alia recru-
 duit, atque ut in morbis solet, ita
 maius fuit recrudescens procellæ
 malum: quo in certum interitum
 acti, in infaustum quoddam pro-
 montorium (Epicten vocat ipse) fe-
 rebantur, nisi animaduerso pericu-
 lo, omnino admirabiliter emersis-
 sent. Non tamen periculi huius ter-
 minus fuit, sed initium: quippe ita
 tumultuari toto propè triduo cœ-
 pit mare, ut nauticis rebus assueti
 assererent, nihil vñquam se simile
 expertos: & subinde fluctus vñs è
 transuerso irruens in nauem impe-
 tu facto insiliit, quo tantum aquæ
 acceptum, ut iam demersi sibi om-
 nes esse viderentur. Metus verò hic
 adegit è vectoribus vnum, ut ad Ga-
 sparem adiret, poenitentiæ Sacra-
 mento se ad moriendum compara-
 turus; quem in eo motu breuiter
 pro ratione periculi pergulæ inni-
 xus audiuit, à quo deinde acce-
 pit, de nauis salute conclamatum,
 nisi

Fortitu-
 dinem a-
 nimi in
 tempe-
 state o-
 standit.

nisi Deus præter naturæ ordinem
succurreret:qua re intellecta, ne sa-
cijs quidem monitis, ne quem for-
tè imminentis mali metus pertur-
baret,in superiora conscendit, vt si
moriendum esset, non nisi stans in
acie moreretur, & iam propè nau-
fragis alteram metancœæ tabulam
porrigeret.Erant omnes mortuis si-
miliores quàm viuis, in formidabi-
li mortis expectatione defixi; Gas-
par, expulso metu, bono omnes ani-
mo esse iubet, quem vt audierunt,
ad eum, velut ad sacram anchoram,
concurserunt; atque vt morituris
familiare, quod semel arripuerint,
firmissimè complecti: ita Gasparem
omnes circumfistere, vt si in eo salu-
tem desperatam essent reperturi.
Neque defuit ille vel sibi, vel cœte-
rorum de se opinioni. subitò ete-
nim aqua lustrali consuetis ritibus
consecrata, aquam aquæ opponens,
mare furibundum, velut dæmonio
agitatum, expiauit: deinde ad pre-
ces conuersus, Psalmis, quos Pœni-
tentiales vocant, ac litanij, Dei Sā-

ctorumque opere ipso praeeunte omnes implorarunt. Ea res, hominum animos metu dissipatos, plusquam mare composuit: nam durante nihilominus procella, animum collegerunt, ad eamque perferendam facti sunt fortiores.

Sedata iam turba, Praefectus Gasparem rogat, ut sibi ceterisque, qui ad clauum stabant, adsit, quo verbis animos aliorum suumque cibo corpus subinde confirmaret. Maior enim ac formidabilior naufragij pars supererat toleranda. quae enim hactenus narrata sunt, diurnis horis; quae sequuntur, nocturnis contingere: quo tempore tenebræ ipsæ per se terribiles confilium ex animo, res etiam auxilio futuras ex oculis eripiunt. ergo eò tandem intumuit & infrenduit pelagus, ut Gaspar tanti animi vir non dubiter afferere, nihil ab hominibus conspicere posse maius, si eos excipias, qui cum æternis illis inferorum cruciatus, velut cum continua tempestate,

te,

te, conflictantur. Totam eam nocte in oratione socij reliqui sanctissime & constantissime traduxerunt; Gaspar in actione: quam tamen actionem profundissimam fuisse rerum diuinarum contemplationem, ex literis ea de re ad socios datis colligere licet. Egò vero, ait, ista nocte multa Domini arcana penetraui: neque cuperem alias in morbis aut inferni commentationibus maiorem animi sensum experiri. Quanto ergo putamus eum pietatis sensu perfusum, qui eius tam incensis desiderijs votisque satisficerit? Hæc porro sedulus id temporis agebat: venientes è transuerso fluctus triplici cruce retundebat, sacris signis sacra verba coniungens: Christus viuit, Christus regnat, Christus imperat, Christus nos ab omni malo defendat. Aetanti erant subinde ventis miscentibus aquarum vortices, vt Gaspari necessario gubernator fuerit admonitus, ne aucto cæterorum metu, ipse formidinem præ se ferret: viderat enim

40 VITA GASP. BARZAEI

enim eum venienti cuidam vnde
propè cessisse, & animum vna pæne
cum nauticis armis abiecisse. quip-
pe illa nauim, velut expugnatam
occupans, ad ipsam arcem, id est, ad
eos, qui in clauo stabant, iam attige-
rat: sed tamen hic fuit illius tragœ-
diæ extremus actus: nam paulatim
mare sedari, ventus subcidere, om-
nes exultare, & grates Deo referre
cœperunt. Verum reliquias facino-
rum Gasparis, velut è naufragio
tabulas, colligamus.

Eo tempore opportunè usus ef-
fecit, ut mulieres omnes (ut ipse vo-
cat; ego melius scorta dixero) cum
Deo in gratiâ redirent: è quibus vna
cæteris & pertinacior & impuden-
tior dedit manu. Eā Gaspar sæpè an-
tè, ut à peccâdi cōfuetudine desiste-
ret, & peccata fateretur, orauerat,
nunquam exorauerat; quin potius
quodâ die meretricio ore cum eo ri-
xata, vix vngues ab illo, & violen-
tas manus abstinuerat. Sed hoc il-
lam tempore aggressus; Age nunc
ait, quoniam hac tempestate præsens
adi-

adimus vitæ périculum, antequam
in infernum deturberis, quod toties
frustra suasi, perficias: cui vt fa-
ceret, metus magis quām Gaspar
persuasit; fecit tamen, & à malo de-
bitore quidquid potuit extortū est.
Iam igitur ventus, qui cum nauī no-
stra in gratiam redierat, à puppi il-
lam è voto propellebat; sed pæne
tantum fuit eo secundo periculi,
quantum sæuiente terroris: nam
ex aduerso insulæ S. Laurentij cùm
eminus ignem conspexissent, ti-
muerunt ne terræ propinquitate,
aut vado, aut scopulo, quòd iam e-
uaserant mortis discriminem, rufus
adirent. Ignem illum stellam arbi-
trabatur gubernator: sed nauis ma-
gister metu prouidus, Deo interiùs
stimulante, bolide immissa nauim
in scopulo stare deprehendit. Ex-
plorasse saluti fuit: nam vix octa-
uam horæ partem ab interitu abe-
rant, qua expleta, nauis vi venti di-
rectè in syrtes acta, in frusta ipsa; o-
mnes in mare desilijssent. Itaque
mutato repente cursu, rebus adhuc

inte-

integris, tutiorem viam ineunt: sed neque tum omnino tutis esse licuit, cum Insulas, in quibus nuper nauis una perierat, nubes opposita teget; in quas recto cursu incurris- sent, nisi iam tot periculis cautores è summa naui ex allisone fluctuum, id quod erat, collegissent. Inde tot perfuncti laborib' & periculis Mo- zambicum 16. Iulij secundo cursu tenuerunt; nemine, quod mirere in tanto itinere & tot periculis, quod rarissimum est, prorsus desiderato. Quod quidem è vectoribus multi, & præ reliquis ille, de quo dixi, Gasparis admirator & imitator, eius ac cæterorum curæ in subleuandis ægris acceptum retulerunt.

CAPUT VII.

Mozambici agros cum focis curat.

MOZAMBICVM, quod est sèpè opportunum in Indiā nauigantibus refrigerium, appulerat nauis eo consilio, ut quod procella quassauerat, ad reliquum itineris conficiendum firmaretur. Nō

me

me detineo in describendis ijs locis, quæ necessariò nominantur; & consultò. cantatum iam sàpè est inter, & Tursellinus noster in Xanerio id abundè visus est præstisſe. Ante igitur quam in terram, gratum nauigantibus receptaculum, omnes exscenderent, vltima quam habuit in naui concione Gaspar, satis ex ægrorum numero labores suos, suorumque coniiciens, reliquos in partem statuit aduocare. Itaque præsentem & communem necessitatem exponens rogat vniuersos, vti quisque qua posset ægrotantibus subueniret. notam esse loci egestatem, ijs ferè carere, quæ valedidine aduersa laborantibus ad solatium expetuntur; ac proinde se pauperum more pro ægris stipem corrogaturos. Nec nihil profecit: hypotrimmata, tragemata, & id genus condimenta, farinam, leguminæ, & alia quædam, quibus regio caret, erogata, ac nummorum quoque summa, quinque circiter aureorum non tenui ijs in locis, exhausto iam propè

44 VITAE GASP. BARZAEI

propè viatico, adiumentum. Hæc in
nauī, plura etiam postmodum in va-
letudinarium à victoribus vltò
delata. His auxilijs vt cumque in-
structi socij ægros ferè centum &
viginti in hospitalem ægrorum do-
mum asportant. Adfuit exscenden-
tibus arcis Lusitanæ præfectus, Fer-
dinandus Sosa, qui Patres officiosè
salutatos in domum suam cogita-
rat abducere: sed illi gratijs enixè
actis valetudinarium, atque Dei do-
mum, vti nominabant, prætulerunt.
Itaque ab eo illuc deductos noso-
comij curatoribus impensè com-
mendat, & omnia pro eorum arbit-
rio liberaliter ægris dispensari iu-
bet. Adfuit ibi quoque loci Vicari-
us, qui Patres, iam ibi agere certos,
amicè monet, vt ægrorum respirationem
studiosè vitent, ne quam v-
nà luem, quod paucis ante annis
Xauerio ibidem accidisse narrabat,
acciperent: eo in loco contagionis
nullum genus deesse. Verùm Deo
protectore tuti ad ægrorum curam
aggiediuntur, partitoque in singulo
onere,

onere, solus Gaspar intendebat vni- *Gasparis*
uersis. Gagus & Fernandez cibos è *& socio-*
medici præscripto; P. Gonsaluez spi- *rum in*
ritales ægris ferè cupedias appone- *agris cu-*
bat; Gaspar Oeconomus, Gaspar *randis*
Coquus, Gaspar à concionibus erat. *studium.*

Et conciones, quas inter ollas me-
ditabatur, habebat perutiles; eodē
diceret, quo cibos, foco excoquere:
sed potius diuini amoris igne, quo
succensus in hominum pectora du-
ra, & frigore stupentia, eundem il-
lum mittebat. Ita varijs ipse & so-
cij in proximum obsequijs erant
occupatissimi. nam modò aquam æ-
gris ostiatim, cuius magna erat in-
opia, Dei interposito nomine, con-
quirebant; mox moribundos oleo
sacro vngebant, mortuos sepelie-
bant, mortuorum vestes in egenos
diuidebant. Nec sanis tamen deerat:
quorum tantus erat confiteri volé-
tium numerus, vt hoc nomine sibi
Deoque gratuletur, quod nunquam
satisfieri potuerit vniuersis. Dispu-
tatum quoque ab ijs seriò ac sæpè
cum Saraceno quodam nobiliore,

ex

46 VITA GAS. BARZAE I

ex ijs, quos Xeque vocant; deditque
sæpè manus fidei nostræ veritate
cōuictus: sed vt amplecteretur quod
probabat, aureis avaritiæ, & aërijs
honoris compedibus retentus, ad-
duci non potuit.

Ea erat per totos sexdecim dies,
quibus ibi substiterunt, vita socio-
rum plena laborum, quietis vacua:
adeò, vt P. Gonzalez se ac socios to-
to spatio illo non interdiu, non
noctu somnum cepisse scripserit.
tam breue equidem spatum ad
quietem supererat, vt nullum po-
tuerit appellari. Firma tamen om-
nes valetudine vtebantur, quod in
proximorum corporibus curandis
& animis expiandis respicerent in
remuneratorem, eundemque in il-
lis, cum gaudio cælestiique solatio,
vt Gaspar in literis meminit, cerne-
rent & complecterentur. Vulgare
inter omnes erat, Patres ex alia qua-
dam materia compositos, à quibus
quieti tantillum temporis datum
in maiori labore tereretur: cum in-
terim vires vnà cum labore cresce-
re vi-

re viderentur. Sed nimirum quos
piget experiri, cruces, vt ait Ber-
nardus, vident, vñctiones non vi-
dent.

Interea dum Mozambici à cæte-
ris respiratur, visa est nauis altera
tempestate distracta aduenire. con-
currunt Patres, Galegam, qua cæte-
ri vehebantur, rati: sed nimirum
plus spei, quām rei fuit. Galega si-
quidem, de cuius cursu infrà pluri-
bus, quinto pòst die demum ap-
pulsa est; hæc autem à Spiritu San-
cto appellata vehebat duos è Do-
minicana familia, quos suorum vi-
ce amplexati, in laboris secios ad-
miserunt: à quibus scribit Gaspar
multum & ægris, & nostris auxiliij
accessisse, cum egregia illorum Pa-
trum virtute, atque omnium appro-
batione. Iam refecta naue disce-
ndendum erat, & ægri tamen adhuc
supra centum decumbebant: qui
vbi senserunt profectionem appa-
pari, Gasparem, quem omnia pos-
se apud primores norant, rogant, &
Dei nomine obtestātur, ne se omni
humā-

48. VITAE GASP. BARZAEI

humano auxilio destituat: scire illum aquam deesse, nummos in ærario valetudinarij nulos, palmetum vnicum, tenue auxilium in manibus Præfecti Sosæ, quod vendi possit, superesse; & ut non deessent numeri, panem ipsum ne valentium quidem, quantò minus ægrorum epulas istic reperiri. Panis enim non erat aliis, quam velut è milio, Mocaten vocant. Non erat ad emolendum Gasparis animum, tot opus argumentis, quæ ingeniosa facundaque necessitas congerebat. Itaque nauium Præfectos adit (apparet plures alias ab ijs naues ibi repertas simul in Indiam nauigasse) afferitque se ac suos non nisi cum ægris discessurum. Difficile non fuit occupatis iam viri sanctitate animis, quod volebat, persuadere: igitur se in eius potestate esse; pro arbitrio ægros in naues partiatur; se & libenter & lautè habituros. Emanuel de Mendoza, quinque nauium Præfectus, viginti ex desperatissimis sibi dari voluit, sibi ac suis Gaspar, qui superari

rari nollet, triginta pauperrimos: quos omnes in cymbam impositos suis enixè commendauit. Pauci, quorum salus ac vita certò mari cessura erat, in valetudinario relicti. Ii erant septem aut octo, quos Galega posterius adueniens, & sex diebus ibi subsistens curauit, & secum eos, qui vehi potuerunt, aduexit. Itaque primò Augusti Mozambico soluitur in Indiam. Gaspar verò ac socij triginta suos mira liberalitate & cura in Indiam usque sustentarunt, mirantibusque omnibus, renouata est de cibariorum in eorum manibus incremento, inter vectores vulgata initio nauigationis opinio. Toto eo itinere curati propè oēs, pauci omnino desiderati, & illi quidem tanta spe futuris obierunt, ut ne desiderari quidem posse meritò viderentur.

C

CAPUT

50 VITAE GASP. BARZAEI

CAPVT VIII.

Gaspar cum socijs Goam tenet.

MOZAMBIKO Goam non gentarum ferè leucarum inter secundo cursu, null memorabili discrimine in assidu pietatis labore Patres nostri confe cerunt, ac die Septembris secund vel tertio Goanum portum summ omnium gratulatione tenuerunt Gasparis quanta fuerit lætitia, e prioribus facilè potest coniectari. Qui enim sic exultauerit in India destinatus, quantis putamus lætitia incessisse iam in Indiam delatus Goæ erat eo tempore B. Xaueriu quo propter Iaponicam expediti nem, quam collecta in varijs Ind partibus permagna messe medit retur, adres componendas redier ac iam Cōmorinum cogitabat, cēs Christo genitos prouidus par reuisurus: sed opportunè de no sociorum auxilijs admonitus à quibusdam, qui nauem nostrā Mozambici reliquerant, iter paucis dieb

pr

præuenientes, tum vt eos videret,
tum vt de Societatis in Europa sta-
tu quærendo, animo suo indulgeret,
statuit eorum aduentum præstola-
ri. Quos vbi aduenisse cognouit, in-
terim dū rebus de more compōsitis
exscendendi facultas fieret, misit,
qui eos amicissimè suo nomine fa-
lūtaret, & tam diurna nauigatiōe
fatigatos submissis è Collegio, quæ
visa sunt opportuna, recrearet, si-
mulque mandaret, vt cùm primum
possent, in Collegium properarent,
in Francisci, plurimum eorum
conspectum cupientis, amplexus
ruituri. Nec erat, quod multum vr-
gerentur, vel terræ vel Francisci
desiderio incitati. In Collegi-
um igitur, cui à Diu Paulo nomen
est, quarto Septembris deuene-
runt: in quo mutuæ gratulationis
officia sensusque animorum ani-
mis potius quam verbis metiamur.
Quid enim est, quod aggrediamur
explicare, quod ipsi qui senserunt,
facere se non posse negant? Ita enim
Gaspar: Profectò, fratres carissi-

C z

mi

mi, dici non potest, quantum in animis alacritatis senserimus; neque caritas P. Francisci satis explicari. Sedato iam paululum in mutuę gratulationis officijs, recreandoque corpore Patrum ac Fratrum illo, ut ita dicam, tumultu caritatis, P. Franciscus ad audiendum Societatis in Europa statum se accingit. Multa de B. Ignatio, de P. Simone, de ceteris Patribus, de Collegijs, de numero sociorum; sed de virtute fructuęque maximę inquirebat.

Et ut melius huius colloquij suauitas intelligatur, dicam ea, quae Paulus del Valli altera naui postea veniens de suo cum B. Xauerio colloquio referat. Is posterius appulsus ad Xauerium in Commorinum, quod iam profectus erat cum literis missus, de suo cum B. Xauerio congressu, quem Cocini ex Commorino redeuntem reperit, scribit in hęc verba: Sed quis poterit explicare, quantum splendoris anima mea ex isto congressu receperit? quis vñquam hoc dicat, nisi tenuibus

tenuibus verbis? Iste verus est Dei seruus, simile illi hactenus vidi neminem; non sermone solum, sed aspetto mortales ad desiderium Deo seruandi incendit. Os illius nunquam non hæc verba profert: Benedictus fit Iesus Christus; ac tanto in Deum amore & feroore, ut secum agentes inflammet. Dies quinque simul fuimus, è quibus horas viginti non exceperis, quibus simul non fuerimus. Non expletur de socijs, de quæ Societate, de Prouinciale (P. Simone Roderico) sed potissimum de P. Ignatio percunctando: quibus diebus expletis ille Goam, ego Commorinum petij. Hæc Paulus. Si secundum illud colloquium ita suaue ac diuturnum fuit, quale putamus illud prius cum Gaspare ac reliquis, rebus tum planè illibatis? sed nauium alteram eiusque casus, ut promissum est, breuiter attingamus.

CAPVT IX.

*Altera quoque nauis Goam
appellit.*

QVAE simul soluerant naues, non simul nauigarunt, sed dissentientibus ventis altera alteram citò dereliquit. E regione Canariarum Insularum discessio facta est, & excitato in naui igne, periculi causa, an indicij, vt se rursus coniungerent, incertum, magno mœrore ij, qui alia naui vehebantur, potissimum Patres, affecti fuerunt. Sed felici cursu & secundo vēto (vt Paulus del Valle in narratio-ne itineris sui ad P. Ludouicū Grā, Rectorem Conimbricensem) perpetuò vsque ad Promontorium Bonæ spei vñi, venerunt, & quidem, quod raro contigit, exente Maio, citatissimo planè cursu. Sed in errore naucleri fuit infortunium. è trib' enim supremis nauis moderatoribus nemo hactenus in Indiam cū ea venerat potestate; atque ita in eleuatione poli capienda titubauit,

runt, & cum ducentis à terra leu-
cis abesse dumtaxat se crederent,
mille & eo amplius aberant. Itaque
ad iter vnde aberrauerant redditu-
ri, ventum quoque velut errori fa-
uentem habuerunt, ita ut triginta
dierum spatio mille & amplius
leucas confecerint: inde supera-
to promontorio, cum iterum non-
nihil aberrassent, mox in viam re-
dierunt, malacia quatriduum so-
lum eos detinente. Atque haec tenus
non infeliciter; sed pridie quam ce-
nerent Mozambicum, propè in por-
tu passi naufragium, cum ab eo se-
ptem non amplius leticis abessent,
& in anchoris starent; quod iam
sibi nauarchus male metueret, ne
ab aqua destitueretur. Neque fru-
stra. iam enim in scopulo stabat
nauis; quod bolidè demissa, quia
plenus erat æstus, nauarchus non
aduerterat: verū eo paulatim rece-
dente, sub quartam noctis horam
nauis subito ad scopulum allidi-
tur. Et primus quidem ille impe-
tus parum terruit causæ ignaros.

56. VITAE GASP. BARZAE I

cum enim ex eo è tormentis vnum
excidisset, in illum casum concus-
sionem nauis deicerunt. at cum
iā secundò nauis impingeret, territi
iam permulti cœperunt id quod
erat suspicari. Interim qui nauis
præerant, studiosè quā profundiūs
esset æquor explorabant, vt ea par-
te die in sequenti discederent: quod
cum facerent, non procul à Patrum
tuguriolo asseruit è nautis vnuis,
stare in sicco nauem, quem cùm na-
uarchus mendacij impotenter ar-
guisset, permisit Deus litis sedan-
dæ causa, vt iam tertio sic nauis im-
pingeret, vt è suis vncis ac retina-
culis omnibus clavis integer exi-
lierit. Inde à lite ad salutis curam
versi ad clavum accurrunt: sed al-
tero etiam impetu plane etiam è
loco suo excussus est; oneraria con-
tremuit, omnes præsentis mortis i-
magine propè obstupuerunt: tan-
to enim impetu allisa fuerat ac tan-
to fragore, quanto turris aliqua
corruisset. Hic P. Antonius Gomez
cum insigni religione protulit v-
num

num è D. Vrsulæ sodalibus sacro- *Sodaliū*
 sanctum cranium, quod ex Euro- *D. Vrsu-*
 pa Goam deferebat, atque vniuer- *la unius*
 sos ad implorandam hac patrona- *caput o-*
 diuinam opem hortatur; altera ma- *mnes ve-*
 nu sacrum pignus gestans, altera o- *nerati o-*
 mnes ad spem salutis inuitans: tum *pem cali-*
 permulti cereis incensis Patrem *t⁹ impe-*
 cingentes, eas quisque preces fun- *trarunt.*
 debat, votaque faciebat, quæ cui-
 que necessitas, grande pietatis ad-
 iumentum, suggerebat. Tandem v-
 bi quintò impegiſſet nauis, mira-
 biliter è vadis emersit: mirabili-
 ter, inquam. nam inter duos vtrum-
 que scopulos iter diuino planè
 ductu cepit, ita angustum, ut ne qui-
 dem nauis latera caperet. Itaque nau-
 is nullo adiuuante mortaliū, in
 alteram partem ita fefe depreſſit, ut
 tantum non aquam hauriret, quò
 aduersa parte sublata in arctum
 quodimmodo se contraheret; at-
 que ita euafit, ut ipsa nauis verè,
 quod de argo finixerunt, videretur
 animata. Sed nondum prodigiorum
 finis. supererat clavi cura: quem

C 5

cum

um.
 cuf-
 um
 riti
 uod
 uai
 lius
 par-
 uod
 rum
 nus,
 na-
 ar-
 dan-
 im-
 ina-
 exi-
 ram
 al-
 m è
 coa-
 is i-
 tan-
 tan-
 iqua-
 mez
 it v-
 num

58 VITAE GASP. BARZAEI

cum suo loco nulla arte restituere
potuissent, ac iam de tenendo portu
desperarent: Agite, inquit P. Go-
mez, ac etiamnum postremò in hu-
ijs virginis nomine tentate; si ne-
que sic fieri potuerit, illius erit nos
etiam sine clavo in portu seculo
collocare. Dixerat. atq; illi paren-
di magis studio quam spe rei per-
ficiendæ iterum connituntur, nec
magnō negotio perficiunt, facile
sentientes vim aliquam diuiniorēm
vnā cum suis conatibus concurris-
se. Inde postridiē, sexto videlicet
Augusti, Mozambicum læti tenuē-
re, quinto post die quā socij disces-
sissent, & mox in valetudinarium
pari studio ac labore eiusdem disci-
plinæ socij se contulerunt; soluen-
tesque iterum Goam versus Augu-
sti duodecimo, illatis quoque in na-
uim ægris, & suis, & ijs, qui iā post
alterius nauis discessum spē tolerā-
di maris præbebāt. Eo in itinere ne-
que cum scopulis, neque cum mari,
sed cum fame ac cibariorum penu-
ria, lento quidem, sed immedicabili
malo.

malo est confictatum. Patres certe, ut de reliquis taceam, quorum annona inopum ægrorumque fuerat, eò redacti, ut eam pretio comparare oportuerit, saluti fuit vniuersis portum temporis tenuisse: nam si ad eam moram, quam fecerunt, dies non plures quindecim aut sexdecim accessissent, erat iam de omnium vita conclamatum. Goam ergo ab his malis respiraturi, aduecti sunt octauo vel nono octobris. Frãciscum illi quidem nō inuenerunt, iam enim in Commorinum concesferat: sic tamen à reliquis sunt excepti, ut facile Xauerij, quem breui expectabant, desiderium tolerarint.

CAPUT X.

Quàm multi è Gasparis nauis Societas
tempetierint.

GASPAREM in terrâ egressum
cum foeijs ad Collegium vsque prosequuti sumus: iam
in posterum ea dicenda erunt, quæ
Goæ, quæ alibi ad Dei gloriam
aggreſſus.

60 VITAE GAS. BARZAEI

aggressus est ac perfecit. Sed antequam incipiamus, nauigatio hæc admirabili cœleusmate & epiphonemate concludenda, non tam verborum aut sententiarum, quam factorum. Et ego sanè ubi legi, obstupui, & incredibilem propè rem ratus. diligenter expendi; piguissetque referre, quod fucum veritati addere facile videri possem, præsertim illis, qui ex se alios metiuntur, nisi, qui eidem naui præerat, P. Melchior Consaluuus rem sigillatim retulisset. Ea res est, tanta nobilium conuersio, ut ad Societatem horum Patrum, & ut constat, Gasparis præsertim, cuius fine dubio supra cæteros virtus enituit, exemplo, selecta nobilitas inclinarit. Itaque Patres in collegium venientes, veniebant cum exultatione, portantes manipulos suos: ac præter eum, de quo suprà, Ludouicum Gonsaluez, vel alio nomine Mendez, quem in epistola ab eo in Lusitaniam data constat Societatem non petiisse solum, sed & impe-
trasse

trasse. Hi cooptari in Societatem petierunt; an ea potiti, quoniam de hoc filetur in Patrum litteris, præteribo. Atque in primis Præfectus maximus eiusdem nauis; haud dubium, quin Ioannes de Mendoza, ille Gasparis in Christiana pietate discipulus, de quo alias sæpè: aliis item arcis tota India maximæ Præfectus, qui sic à Consaluo describitur, fortasse munere, quām nomine notior futurus: tertius erat in utroque iure Doctor, quem ut Lufitanis indicet, scribit fuisse P. Urbani socium: quartus fuit is, qui alicui, (Præfecto, ut existimo) à secretis erat, & litteris ac virtute præstabat. His addit fororis Baronis Daluito filium Didacum Lobo nominatum; Idem filium quoque commemorat Præfecti Carceris Africani, quem quidem ex alijs Gasparis litteris voti compotem factum constat, cū pluribus alijs, quos ille nominat: quibus tres alios nobiles adiungit, præter alios multos inferioris notæ, famulos tamen regios, aptos o-

C 7 mnes

62 VITAE GASP. BARZAEI

mnes ad Societatis nostrę munia ex-
ercenda. Illi tum omnes domi, ut
vocationem suam diligentius excu-
terent cùm hæc scripsit Melchior,
seſe Societatis nostræ commentati-
onibus ex B. Ignatij præscripto ex-
ercebant. Hi omnes an in Societatē
accepti fuerint, constare mihi non
potuit; neque multum ad rem facit.
ad Gasparis enim ac sociorum lau-
dem fatis est Societatis institutum
petiſſe, licet fortassè iustis de causis
ex ijs aliqui, quod vero propius vi-
detur, non impetrarint. Et certè nō
est quòd miremur eam, quæ suprà
commemorata est, in nautica plebe
morum commutationem, cùm tan-
ta fuerit in viris nobilibus, lautè &
pro arbitratu viuere assuetis, ad o-
mnia deserenda, Christique sequen-
di vexilla, non sine omnium admi-
ratione, & magna procul dubio.

Xauerij gratulatione,
facta permu-
tatio.

CAPUT

CAPVT XI.

Goē cum fructu incipit laborare.

INCENSO Gasparis in vinea
Domini laborandi desiderio nō
defuit Xauerius: quippe vix ad-
uenerat, cùm illum in quartum ab
aduentu diem vt concionem paret,
commonefecit; hoc potissimū con-
filio, vt eum, de quo tam multa alio-
rum relatu acceperat, corām explo-
raret: & quia in Commorinū pro-
perabat, non longius quieti ex na-
uigatione tempus licuit concedere.
Is dies erat Natali Deiparæ facer
Indiæ, propter tantum diuini verbi
præconem auspice Virgine MARIA
auspicantem verè ominatus. Cōcio
erat in D. Pauli æde Societatis no-
stræ habenda; & nescio qua de cau-
sa Franciscus Gasparem ante mo-
nuit, vt elata voce vteretur: forte,
quòd vir ita demissè de se sentiens,
non sine pudore videbatur in cele-
berrimum Indiæ pulpitum subitu-
rus. Aduenit dies, concionatus est:
& quo successu? ab eo audiamus,
qui

qui laudum suarum egregius buccinator primæ suæ concionis gratulationem Afriæ & Europæ voluit esse communem. Scribit enim in Lusitaniam, se ita concionatum, ut vir quidam grauis è nostris Patribus vni dicere nō dubitauerit: Deus bone, quorsum nobis ex Europa virus istud! neq; hoc satis: sed ne forte testis ille parum sapuisse videtur, suæ quoque concionis improbatorem retulit Xauerium, cui dicit etiam à se non fuisse satisfactum; itaque abeuntem statuisse, vti nocturnis horis quotidie tamdiu vocem in çde exercebat, dum altius loqui didicisset: multi enim in concione, quam frequentiorem hominis è naui fama fecerat, loquentem non potuerunt exaudire.

*Gasper
sui con-
temptum
quam a-
mauerit.*

Quilibet profectò tacuisset, aut verecundiam, aut aliud quidlibet culpasset; verum ecce quibus heroicis virtutum officijs, & submissi in primis animi, ad magna omnia viā sibi præmuniebat! Sociorum nemo, præter eum, de hac concione abie-

cte

Etè meminit, sed nè meminit quidè: quamuis vix vllus ex India scribebat illis temporibus, qui non honorificè de Gaspare meminisset. Itaq; primam eius in Europa in illo scāno domus, & primam in Asia concionem comparemus, illam risu, hanc propè etiam exsecrationibus exceptam fuisse videbimus, quam tamen postmodum auctore Deo ipsi homines tantoperè comprobarunt. Sed nimirum voluit Deus Gasparē docere, vt in tanto quem pòst habuit applausu suarum primarum semper concionum meminisset, & reliquos instruere, ne concionis fructum in auditorū applausu collocarent. Fecit itaque Gaspar impiè, quod à B. Xauerio fuerat imperatum, donec aliorum Patrum iudicio satisfacere videbatur vniuersis; sed de concionum Goæ fructu, suus erit ex professō dicendi locus.

Non sufficiebant Gaspari, quem plerumque, qui ex India scribebant Patres, infatigabilem vocabāt, hebdomadariæ conciones; domi insu-

per

E I
ucci-
gra-
oluit
n in
, vt
atri-
Deus
a vi-
for-
ere-
pro-
i di-
um;
no-
vo-
slo-
nci-
inis
non
aut
ibet
ero-
fi in
viā
mo,
bie-
ct è

66 VITÆ GASP. BARZÆI

per tres lectiones legebat, easque ita diuersas, ut non facilè alio modo, quām caritatis igne coalescere potuissent: Grammaticæ vnam, Philosophiæ alteram, tertiam denique ex Proverbijs lectionem quotidie prelegebat. Interim breui post tempore Xauerius in Commorinum, quod iter iam tantisper distulerat, proficiscitur, P. Antoniø Lanciloto interim, dum P. Antonius Gomez Rector futurus appellat, Prorectore constituto: qui cùm, ut diximus sub initium Octobris aduenisset, mox tradita ei à Patribus, mandato B. Xauerij, Collegij cura, suum ipse munus accepit, & suis concionibus, ut erat faciūdus iuxta ac eruditus, plurimū permouit vniuersos, craniumque illud virginis, vnius ex undecim millium choro, sollemni poppa in ædem nostram deportatum coli & ornari curauit. Augebatur quotidie populi pietas, quam quisque pro virili promebat, & cum pietate Patrum quoque labores augebantur. nullus erat confitentium

finis,

finis, ita ut illorum zelo propè infinito non deesset plebis & omnium ordinum multitudo: sed præ omnibus indefessus Gasparis in cæteris officijs ac præsertim in concionandi studio, labor, quò me iam vocat ratio instituti.

CAPVT XII.

*De concionibus Gasparis & ea-
rum fructu.*

NON terruit Gasparem infelicitior primæ concionis euētus, sed currentem incitauit: tum enim est visus sibi tutò ad splendidum concionatoris munus accedere posse, ex quo non splendorem, sed obscuritatem effet consecuturus. At verò omnino præter opinionem cecidit. Nam ex leriuatoris sententia necesse fuit, eum, qui tot se modis abijceret, ijsdem gradibus attolli. Itaque coepit ille concionari, sed iam non, vt solebat, timidè, verùm tanta spiritus libertate cum Christiana modestia coniuncta, vt omnibus, qui eum antè nouerant, effet

effet stupori, & facile ex ipsa quoq;
facundia diuinum aliquid inesse
colligerent. Dicebat homo exter-
nus Lusitanicè ita eloquenter, vt
neque peregrinum aliquem sonum,
neque dialectum patriam quisquā
auersaretur; quod eo magis mirum
est, cùm in Lusitania ita loqueretur,
vt ne spes quidem discendi aliquā-
do affulgeret: sed is, qui linguarum
donum Apostolis contulit, hunc A-
postolicum planè virum eloquen-
tia Christiana donauerat; qñam ta-
men malo, fructu animorumque
permutatione, quām schematibus
tropisque metiri; qua in re rectè sa-
cri nostri Oratores, vt garrulæ anti-
quitati de verbositate concedant,
semper superarunt.

Difficile effet, ac fortassè ne cō-
memorari quidem possent omnia,
quæ suis Gaspar pro concione per-
suasit: peccata, quæ licentia morum
publicè grassabantur, iuramenta, o-
dia, fraudes, ita compressa, vt in do-
micij latebras ea vitiorum retru-
serit vniuersa, plurima etiam pro-
scri-

scripserit: vnde factū, vt malè partitorum restitutions essent quotidianæ, voluntariæ castigationes ordinariæ, orandi studium in plurimis iam vulgare. Custodiæ quoque, quæ ferè facinorosos homines coērcent, ita ab eo constitutæ, vt fæx populi labes omnes animi sacra cōfessione crebrò detergere, Diuos omnes Litaniarum quotidiana recitatione inuocare, honesta fari, abstinere in honestis & iuramentis sollemne haberet. Hæc autem, proposita peccanti poena, bene monenti præmio, duabus nimirum rebus, quibus omnis respublica continetur, breui ab iniquis equa impetrabat. Neque hic fructus dumtaxat concionum erat: tota eius vita, sermonesque & colloquia, vtpote pietatem spirantia, plurimum proficiebant in proximorum salutem. Erat ex ijs, quales B. P. N. optabat, qui semper ædificant, destruunt nunquam: ea inquā morum compositione, vt tantum esset in factis exempli, atque in dictione doctrinæ.

Ad-

70 VITAE GASPAR. BARZAEI

*Quanta
in Gas-
paris
verbis
efficacia.*

Adfuerat die quadam agenti animam viro copioso; ibi cum tanto animi ardore de opum contemptu, quas nemo est, qui non ea hora s̄a pe serio contemnat, agere cœpit, vt e- gredientem vir alius, qui fortè adfuerat, item copiosus insequeretur, iam ita affectus in fortunas suas, vt ipse Gaspar. Nam illius arbitrio cū- cta, cùm h̄ere de careret, duxit per- mittenda, solamque sibi animæ fa- lutem & veras ex meritis opes con- quireendas. Itaque hominem iam v- nā cùm coniuge expiatum pauperū procurationi præficit, eius liberali- tate ita v̄sus, vt tamen munificentia donantis arbitrio permitteret. Atq; is bellè suo munere perfunctus paullatim suas opes pauperum & ægrorum manibus deportatas, eò quò ipse quoque aspirabat, præmit- tebat. Descendentem è pulpito Gas- parem ferè comitabantur aliqui, decimas quodammodo nomine cō- cionis oblaturi: etenim ferè v̄nus a- liquis aut plures se ad eius pedes abijciebant, ea dicturi aut facturi,

quæ

quæ dicente Gaspare Dominus in-
spirarat.

Ita quidam diuinitus permotus *Egregio*
ad Gasparis infimis precibus ad se *peccato-*
ris ad
Deū com-
uerſio.
vocati genua se prosternit: En, in-
quiens, fortunæ meæ tot aureorum
millia, domus, naues, mancipia, de-
nique & animam meam, omnia tuo
arbitrio permitto, vt hæc quibuscū-
que tandem modis salua sit: opes re-
stituantur, & mihi pereant, ne ego
mihi; corpus hoc crucietur, & luat,
tantum animæ saluti consulatur. v-
re, seca, nullum medendi genus quā-
tumuis asperum reformido, dum in
æternum parcatur. Alius quidā pro-
pè similis hæc etiam addidit, cupere
se animum ad peccatorum purgati-
onem amaro aliquo Pœnitentiæ
pharmaco præparare: quod ille à
Gaspare propinatum non exhau-
fit modò, sed tantum de suo addidit,
vt modus præscribendus esset à me-
dico, metuente, ne quod saluti ef-
se debebat, in perniciem immo-
deratè sumptum verteretur. Sed
admirabilior alterius cuiusdā mo-

tus,

tus, atq; eo maior, quòd subitò hæc
vitæ Christianæ rudimenta, quæ in
vitiorum extirpatione versantur,
descendi studio transiliens ad ipsum
statim fastigium aspirarit. Erat is, vt
stirpe nobilis, ita etiam animo ge-
nerosus, & audierat fortè Gasparé
de diuino in mortales amore diffe-
rentem, cum mox tantum eius ani-
mus è sermone Gasparis inflamma-
to caritatis concepit incendium,
vt eo iam æstuans ad Gasparem ve-
nerit percontaturus, quantum Deus
mortali amare cupienti de amore
largiretur: cui cùm è sacris litteris
Magdalenas, Petros, & id genus a-
moris prodigia commemorasset, ea
quæ ad hunc amorem faciunt, quæ-
rere & exequi, vir connubij legibus
illigatus omni ope decernit, nec sua
salute contentus, idem à familia sua
contendebat, quæ exemplum heri
secuta, apud Gasparem omnis vitæ
anteactæ peccata depositus: ipse ve-
rò vix à quibusdam publicis Chri-
stianæ demissionis officijs, quæ ab
hominis dignitate aliena erant, v-
nius

nius Gasparis auctoritate continebatur, cùm diceret, ad amorem Dei obtinēdum parum etiam esse, si homo in res hominum iudicio indecoras feratur, ac de mentis statu disturbatus iudicetur. Hæc & id genus alia Ecclesiastem nostrum magno animi sui gaudio consequebantur: quæ quidem tanta erant, vt referri omnia, etiam ipso teste, non possint sigillatim. Ac ne quis fortassis humanæ industriæ plus æquo tribuēs, hæc admiranda concionum effecta diuturnæ comparationi Gasparis arroget, operæ pretium est videre, quām frequens ac pænè totus fuerit in concionando. Hebdomadis singulis solemne illi erat quinies aut sexies concionari, sæpè etiam sæpius; & aliquando pænè toti succedētibus sibi mutuo diuersis concionibus abibant dies: in templis varijs, in custodijs, quin etiā ad ipsam nobilitatem in Proregis palatio sub mensam; ex quo magnus fructus sequebatur. Accedebant his propè perpetuæ poenitentium confessio-

D nes,

nes, consulentium de conscientia
quæstiones, ægrorum in nosoco-
mijs visitationes, & aliæ propè in-
numeræ occupationes, mirum ut
fuerit, vnum hominem rebus ita va-
rijs suffecisse. Sed profectò mirum
est, quantum possit, adiutore Deo,
vel vnius virtus & industria, qui se
diuinæ gratiæ blandiente corpus
culo non subducit.

CAPVT XIII.

*Primarij cuiusdam Brachmanis
conuersio.*

QVAE hactenus commemora-
ta sunt, cum Lusitanis aut ne-
ophytis Christianis ageban-
tur: sed ut etiam de Gentilibus benè
mereretur, opportunitatem Domi-
nus hanc suppeditauit. In carcere,
ut dixi, frequens erat Gaspar, & ad
captiuos verba faciebat, in quibus
vnus è Brachmanum primoribus,
Locu dictus, tum fortè numeraba-
tur, tanti apud suos nominis, ut in-
ter Principes sectæ censeretur. Gas-
parem ille clam ad Christianos di-
centem

centem audiebat. Itaque, quod erat, hominem à nostra religione nō alienum suspicatus omnino aggredi statuit, offendique permultis Brachmanibus stipatum, quibus se alterius primarij eius sectæ viri filius, Chrisna nomine, adiunxerat. Tum Gaspar cælit9 se sensit impelli ad eorum salutem: sumptaque à colloquentibus occasione, de gentium erroribus & Brachmanum secta fusè disputatum; ex nostra quoque lege aptis similitudinibus & rationib9 è natura petitis ea probata, quæ sibi confirmari cupiebant. Demùn sæpius conuictos Gaspar monet, ut lucem à Deo veritatis auctore infundi sibi petant; simul addidit quædam, quæ taciti secum ipsi ruminarent. Irrisit quædam filius ille Chrisnæ petulantia iuvenili; locu pacatiorem omnino ac paratiorem se præbuit, quippe post biduum misit, qui Rectori diceret, cuperet se fieri Christianum. Stupuerunt ad hęc Patres, hominem primò congressu superatum manus dedisse

veritati: atque illum, ante omnia
gratijs Deo actis, commendant, ei-
que constantiam comprecantur. In-
de Rector cum Gaspare ad eum sese
confert, quibus gratulantibus re-
spondit Locu, vereri se admodum,
ne cui fortasse libertatem ementita
religione procurare videatur. Pri-
mū itaque secupere ut iure iustitia-
que seruata hui^o rei ratio habeatur;
inde ita præfatus baptismum petit,
iam certus, ut aiebat, hanc vnicam
ad salutem, quæ cæteris rebus
antiquior esse debet, superesse
viam.

Homine collaudato confirmato-
que ad Proregem Patres eo inscio
pergunt, & ab eodem facilè impe-
trant, vti solutum in Collegium
Christianis mysterijs imbuendum
abducerent. vbi ille octauo post
quam aduenerat die tantum profe-
cit, ut iam baptizari posse videre-
tur. Interim auctore Gaspare man-
dārat Rector alijs tribus Collegij
Patribus, cuique ex indigenis alum-
nis socio assignato, ut in Gentilium

comuer-

conuersionem incumberent; & inter eos, qui ex hac piscatione in sagena compulsi sunt, fuit ipsius Locu
è sorore nepos, & ali⁹ vir quidā in-
ter eos primarius. Demum ubi iam
satis instructus fuit, in æde D. Pauli
visum est solemnī ritu eum simul
cum coniuge, quæ iam mariti au-
ctoritatē libens sequebatur, salu-
taribus baptismi aquis expiare: &
ad religionis Christianæ dignitatē
pertinere, ut ea res quanto maxi-
mo posset apparatu curaretur. Epis-
copus itaque non permisit, ut ab a-
lio quam à se baptizaretur; Prorex
verò Patrinum, ut vocant, egit
magna sua voluntate. Porrò cum in
templum nostrum vna cū Episcopo
ac Prorege vniuersa nobilitas con-
uenisset, festo cantu, & ad rem apta
concione, magna omnium, sed præ-
cipue illius qui baptizabatur, læti-
tia, est in Christi familiam, vna cum
coniuge ac sororis filio admissus.
Locu, ne procul ab antiquo nomine
recederent, Lucam; vxorem, Eliza-
betham; nepotem, Antonium no-

*Baptis-
mus ce-
lebris.*

78 VITAE GASPI. BARZAEI

minarunt: quibus ita perfectis neophytois in equos nobiles impositos ad domum Roderici Gonfalez, viri primarij Lusitani, Prorex & nobilitas vniuersa cum Brachmanibus quoque permultis equestris pompa comitatur. Interim festo vel campanarum sono, vel tormentorum boatu, viciis virenti palma instratis, publicam omnes lætitiam testabantur: quæ restatos dies oīto ad fidei nostræ commendationem perdurauit.

Illum deinde Prorex, quoniam ita cum neophytis agi volebat Rex Lusitaniæ, fidei quam limitum producendorum appetentior, multis honoribus & immunitatibus afferum reddidit libertati, & Tanadar maiorem, quæ dignitas erat inter suos prima, nominauit. Hanc hominis conuersionem multi liberalitati illius in pauperes arrogarunt; quippe ante fidem suscepitam, vt erat fortunatus, & supra 600. pardos annuos possidebat, ita erat pænè profusus, etiam in ipsos munificus Lusi-

Lusitanos. Ex eius conuersione magna in spem ventum est, totam illam insulam breui fore Christianā: atque indigenae sanè plerique dicebant, filios parentis breui exemplum (tanti apud eos erat) secuturos. Ipse verò sua salute non contentus, sperare se plures ad Christianam fidem adducturum, quam quot haberet in corpore pilos, dicitabat. Nec spem fefellit euentus: nunquam ex eo tempore in D. Pauli collegio deerant catechumeni, quibus multi sacris aquis frequenter tingeantur.

CAPUT XIV.

Profectio Gasparis in Chale.

INTERIM dum eo cursu Goæ res Christiana vel Gasparis vel sociorum sudore procedit, tristes de B. Xauerij in Commorino gloria, sed atroce nece seruntur rumores: faciebantque fidem enumerata sigillatim tormenta. Quod ut auditum est, subitò tāta fuit Goæ comploratio, quanta in communi

80 VITA GASP. BARZAE I

omnium parente non fuisset. Ea res, nec alia magis aperuit, de B. Xauero quid homines iudicarent. subito copta sunt admirabilia opera, quæ quisque vel viderat, vel certis auctoribus audierat, aperiri: & passim dicebatur corpus eius quolibet pretio conquirendum, sanctitatis pignus futurum Indicæ uniuersæ. Nec defuit cui quinque milia ducatorum iam certum erat in eam rem expendere. Sed breui duorum Patrum ijs ex locis aduentus, P. Cypriani, & P. Emanuelis Moralez, eum rumorem extinxit. Hi de Francisco alia omnia referebant: in Commorino esse, tantoque apparatu à Christianis exceptum, ut studio ingressum Domini in sancta ciuitatem viderentur in eo excipiēdo voluisse imitari; dispersis temere in vias ramis, stratisque vestibus, qua erat transiturus: & quoniam ne asino quidem vehebatur, sed pedes, eum in vlnas sublatum quantumuis repugnantem in ædem sacram intulisse. Ea res lætissima accidit uniuersæ.

De B.
Xauerij
sanctita-
te quid
populus
senserit.

uersæ ciuitati: sed cum eum non ita
multò post inde redeuntem Goæ
conspexerunt, tum demum ita ex-
ceptus est, ac si Deus illum ad vitam
vtilitati publicè reuocasset. Inte-
rim dum adhuc aberat, vt ad Gaspa-
rem reuertamur, in Lusitanorum
arcem Chale dictam in ora Mala-
barica, haud procul Calecuto, à suo
est Rectore eo consilio amandatus,
vt istic Collegio locū quæreret, cū
ijs instituendis, qui recens in Socie-
tatem admitterentur, tum adiuuan-
dæ oræ Malabaricæ opportunum.
Tentandæ rei illius potius quam
perficiendæ hæc anteiuerait occa-
sio. P. Antoni⁹ Gomez, Rector Goan-
nus, Proregis & Episcopi rogatu ad
Regem Tanor fidei nostræ candida-
tū, sacris mysterijs imbuedum, se
contulerat; eo in itinere, quod erat
per oram Malabaricam, multi mul-
tos è nostra Societate petiuerant;
sed cum satisfieri per nostrorū pau-
citatēm non posset vniuersis, id cō-
filij cōperat Rector, vt in Chale lo-
co percommodo ad excurrendum.

32 VITAE GAS. BARZAEI

Malabria tota Collegium instituē-
dis tyronibus in spiritu ac litteris
erigeretur: quod ut perficeret, Gas-
parem iam satis probatum, & con-
cionibus celebrem eō amandat cū
potestate, vt de tota re statuat pro
arbitratu. Venit eō Gaspar, & præ-
ter reliquum inter milites Lusita-
nos fructum, breui rem eō perdu-
xit, vt iam non tenuiter posse vide-
retur inchoari: iam ædes & hortum
secundum flumen, eumque muro
conclusum compararat, quod locus
hic & amoenissimus & maximè ha-
beretur salutaris. Item 70. pardaos
annuo censu eleemosynæ nomine
impertrarat. Interea verò dum hoc
vrget, vt erat ei à rectore manda-
tum, Xauerius è Commorino Goam
rediens superuenit, qui rem diligé-
ter excussam, adhuc operariorum
vrgente penuria, iudicauit imma-
turam. Itaque non segnior omitte-
re, si ita iuberetur Gaspar, quām ali-
quod negotium promouere, mox
rem totam pñē in exitu positam
destituit, & Goam re infecta cum

B. Xa-

B. Xauerio reuersus est, vt si quod fuerit eius rei conficiendæ Gasparis desiderium, B. Patris facile sit consortio compensatum. Ea re semel disturbata, in loca celebriora vicina, quæ frugem maiorē promittebant, consilium & studium collatum est.

CAPVT XV.

Rectoris munus deprecatus Armuziam destinatur.

AUDIERAT iam plurima de Gaspare B. Xauerius, & etiā nuper ex itinere notum, vt erat sagacissimus in aliorū penetrāda perfectione, hominem erat admiratus, animoque illum suo ad magna omnia destinabat. Primarijs autem Indiae locis ferè prouiderat hactenus; Arnauziæ illum coquebat eura, cui emporio in rebus spirituallibus ferè deposito, quod ipse sibi illam prouinciam referuasset, nondum erat subuentum. Erat B. Xauerius ex ijs Imperatorib', qui nō modo nunquā plus militi suo impone-

ret, quam ipse sibi sumeret: sed qui, ut apud Lucanum Cato, dicere suis posset: pericula vestra prætentate meo. Solebat. n. ipse alijs ad difficilma quæque viam præmunire, & initia omnia, quæ solent ferè esse difficiliora, prælibare. Hoc porrò suum institutum ut in Armuziana missione violaret, faciebat Iaponicæ missionis & Chinarum generosa cogitatio: quæ iam ille duo regna spe & cogitatione deuorarat. Itaque circumspiciebat vniuersos, quis ex omnibus socijs eas vel corporis vel animi vires promittere videretur, quas in eam rem necefarias esse peruidebat. Celebris erat eo tempore concionator, P. Antonius Gomez, Goæ Rector: itaque statuit eum vel Dium, alteram Lusitanorum arcem, admodum quoque auxiliij spiritualis egentem, vel Armuziam amandare; Gasparem, quem tanto fructu sciebat hæcenus Goæ commoratum, Collegij Rectorem designarat: atque hæc ex eo itinere, quod ante dixi, Cocino.

ad P.

ad P. Simonem scribit. Itaque cùm
 Goam cum Gaspare peruenisset, *Gaspare*
 quodiam animo conceperat perfidi- *Rectorem*:
 cere aggreditur, *Gasparique voca-* *Gaspar*-
 to, quid de se statuisset, aperit; cui *nuntiat*
 res ita inopina & improuisa acci- *B. Xau-*
 dit, vt præ stupore vix inueniret, *rius.*
 quid responderet: demum vbi se
 collegit, ita homo parendi studio-
 fissimus reclamauit, ac si ex ea re fa-
 lus illius æterna penderet. Et sanè
 cùm de ea re scribit, mirabili meta-
 phora usus ita ait: P. Franciscus me
 in alis ærumnæ voluit collocare,
 plus imponendo mihi, quam quan-
 tum ferre poterā, cui viderer quid-
 libet posse tolerare. Eccetibi virum
 ex amissim ad Societatis nostræ
 normam factum, quæ voto etiam
 peculiari ambitionem omnem ex-
 schola humilitatis proscriptit.

Facile aduertit Xauerius animi
 perturbationem, & Gasparis ratio-
 nibus, vt videbatur, permotus rem
 distulit, non abstulit. Tum Gaspar
 velut inducijs datis cepit acerrimè
 cum Deo negotiari, vt eam rē euer-

D 7 teret;

36 VITAE GASP. BARZAE

teret; sed efficere non potuit, ne e-
xiguo tempore esset, quod nolebat:
effecit tamen, ut paucis post diebus
se Xauerius eo munere liberaret. Il-
lum enim Deus Armuziam, tanto
illius ciuitatis bono, aeterno sui nu-
minis consilio destinarat: ipse autem
rei successum alio vertens ita scri-
bit. Itaque tamdiu apud Dominum
& apud P. Franciscum reclamaui,
donec virium mearum tenuitatem
agnouerit, & iugum abstulerit, quo
eram planè oppressus: at non ita ac-
cidit. Nam Xauerius non ideo Gas-
parem illo metu liberauit, quod
de eius viribus diffideret: sed potius
in admirationem viri versus, tum
demum illum Armuziana missione
dignum iudicauit, cum tale de pro-
funda animi eius demissione peri-
culum fecisset; quem fortasse antea
non satis notum tanto Armuziani
regni onere non putabat opprimen-
dum. Neque enim erat minus, sed
longè maius, Armuziam ire, quam
Goæ manere; efferatos homines
mitigare, quam sanctissimos fratres
guber-

gubernare. Sed nimis est aliquid
in honore, quod omnes sancti fugiunt:
in cruce ac labore, quod amplectatur.
Iam liberatus hoc metu Gaspar,
totus in Iaponicam profectionem
cum Xauerio ineundam incumbebat,
& ipse Xauerius id unum non
minus Gaspare cupiebat; fortè inge-
niorum similitudine uterque in i-
dem propendentes: sed velut Indi-
cam profectionem Xauerij frustrè
homines deturbare sunt conati, ita
quoque diuinam oportebat de Gas-
pare fieri voluntatem, quam Recto-
ribus ipse subditorum commode
aperit, qui dixit: Qui vos audit, me
audit. Itaque vocatum ad se Gaspa-
rem, & Iaponicæ profectionis
spe plenum ita Xauerius alloqui-
tur: Ego te, mi Pater, iam socijs
præficere, iam in Iaponiam me-
cum abducere statueram: sed sen-
tio nihil horum Deo cordi esse,
cuius consilio, mea quidem senten-
tia, quam pro diuina es accepturus,
Armuziam euocaris, sed tamen
non ita, ut Iaponicæ profectionis
te cu-

88 VITAE GAS. BARZAEI

te cupiam cogitationem deponere. Vado ego nunc quidem paucis comitibus: sed si Dominus sagenam impleuerit, annuam socijs ut in auxilium accurrant, è quibus sic habetote omnium primū fore. Interim Armuzianis laboribus ad Iaponiæ certamina præludes, & tantæ missio-
nis, quā ego vni Iaponiæ postpono, messe desideriū Iaponiæ solaberis.

Habuit ex hac denūtiatione quod doleret; nihil tamen habuit, quod non ad honores sed ad labores vocaretur, vnde repugnaret. Itaque ad iter se parare iussus, subito ex Armuzia in Carmaniam, Persidem, Armenia, & in vniuersam Saracenorū colluuiem toto animo ferri cœpit, & quod ex Iaponia sperari poterat, certius sibi ab illa polliceri. Verūm Gasparem iā ex Armuzia in Saracenos meditatem vna angebat Obedientiæ cura:

*Martyrij
incēsa in
Gaspare
cupidi-
tas.*

itaq; ipse ne quid suo arbitratu agrederetur, qui tantoperè parere cupiebat, à Francisco petit, vtrūm si fortè classis aliqua, vel exercitus

Lusita-

Lusitanus inde in Asiam Africam ve-
tenderet, socium se adiungere pos-
set, si tum ita expedire in Domino
iudicaret. Sensit confessim B. Xaue-
rius, Gasparem ex seipso metiens,
hanc interrogationem ex martyrij
cupiditate profectam. Itaque seuerè
mandat, & in virtute, ut aiunt, S. o-
bedientiæ, ne vel Rectoris Goani,
vel Vicarij Armuziani, vel alterius
cuiusquam licentia, suo iniussu toto
triennio Insula exeat, nullo planè
euentu. Hic Gaspar obstupuit, & o-
bedientiæ se subdens, ita mandatum
accepit, ac si triennio in angustissi-
mum ergastulum recludi mandare-
tur. Tantilla enim insula angustissi-
mum erat animo ita generoso erga-
stulum: tulit tamen, certus obedi-
tiæ victimæ præponendam. Sed nō
fuit hoc vnicum Gaspari à B. Xaue-
rio præceptum datum; ita planè so-
lubat ille socios, quos à se dimitte-
bat, salutaribus monitis, velut anti-
dotis totidem, contra tot vitiorum
venena præmunire: quæ omni me-
moria digna, quòd ab Horatio Tur-
felli-

I
ere.
co-
nam
au-
ibe-
rim
niæ
sio-
no,
eris.
uod
uòd
vo-
ead
Ar-
em,
Sa-
ani-
po-
i ab
niā
can-
ira:
ag-
ere
m si
itus
ita-

ge VITAE GASP. BARZAEI
sellino commemorata sint, præter-
mittimus.

CAPUT XVI.

*In Armuziano itinere quid
eget.*

PRIVSQVAM Goa Gaspar ex-
cederet, Xauerij mandato Epi-
scopum adit, ut eius fausta ap-
preciatione bene auspiciatum iter es-
set. Ibi Episcopus admodum latus,
Armuziam mitti qui ciuitatem ad-
iuuaret, & Gasparem mitti; satis ite-
gnarus, quanta indigeret in eam re-
facultate, potestatem cum illo suā
prout à Pontifice acceperat, nulla
re excepit, communicat; simul ad-
dit litteras commendationis plenas
& auctoritatis, quibus mandabat,
Gasparem nō minori omnes hono-
re exciperet, ac seipsum: quod Gas-
pari səpē vsui fuit in sceleratissima
ciuitate; quanquam ad honorem
quod attinet, ita modestia sua rem
temperauit, vti nihil sibi ab Eccle-
siasticis personis deferri permitte-
ret, vsus his semper in animarum
auxi-

auxilium, non in proprium orna-
mentum. Exeūte itaque Martio an-
ni 1549. Gaspar cum socio Raymun-
do Pereira Goa soluit Armuziam
versùs, octiduo non amplius ante-
quam B. Xauerius Iaponiā peteret,
circiter mediopostquam in Indiam
appulerat anno. In naui Xauerij
præceptorum & instituti sui me-
mor, sacrī diebus ad vectores ver-
ba faciebat, quotidiè etiam manci-
pijs & pueris Christianæ doctrinæ
capita explicabat, Litanias publicè
omnibus respondentibus recitabat;
sabbathis porrò ad Litanias in Dei-
paræ honorem etiam Salve Regina
addebat. Sed feria quinta maio-
ris, vt vocant, hebdomadæ sub no-
tum instituta fese flagellantium
supplicatio omnes ad pietatem mo-
uit, Saracenos verò & Gentiles, qui
aderant, ad stuporem. Nec nullus
fuit etiam cum illis fructus: nam
conuersi sunt nonnulli & bapti-
zati; è Christianis porrò pecca-
ta poenitentia Sacramento Catho-
lico ritu propè omnes expiarunt.

Et

Et quoniam , agere & pati fortia,
Christianum & religiosum est, non
minor fuit patiendi quam agendi
seges. Bimestris fuit nauigatio quin-
gentarum omnino leucarum ; quo
tempore multum a siti & fame fuit
incommodi, nec nihil periculi e re-
gione freti Mecani : sed tamen diri-
gente Domino in portum incolu-
mes peruererunt . Fuit is Calaiate
in Arabiae felicis ora maritima, ubi
non defuerunt dactyli; & duabus
deinde leucis aberat fluuius , qui
dulcem aquam subministravit.

Is focus amphibius frequentis cupi-
dinem iniecit Raymundo Perier eti-
stic remanedi : quam rem cum Gas-
pari communicasset , ac licentiam
ut ita sibi facere liceret, petiisset,
abnuit Gaspar , quod aestus ille &
desiderium tyronem, ut ait, saperet;
qua deinde occasione in epistola
quadam digreditur, ac monet, ne su-
pra Superiorum voluntatem, spiri-
tu quodam peregrino abducti sapi-
amus . Ita enim a Societatis incuna-
bulis, sicut in omni religione flore-
te, no-

te, nostri erudiuntur, ut sese molles
ceras & corpora mortua, seni s̄quē
baculos Rectoribus pr̄beant, quō
certius diuinam volūtatem, sua ab-
negata, assequantur.

Inde iterum soluentes, Masqua-
ten, alterum eiusdem oræ portum,
tenuerunt. Erat is hominum ferè fa-
cinorosorum asylum, quō ex India
confluebat homicidiorum & simi-
lium scelerum sentina. Hic Gaspar
nactus vnius diei otium, non cessan-
dum ratus, rogatu illius oræ Præfe-
cti ad Lusitanos verba fecit, disposi-
tis ad eam rem temerē ac pro tem-
pore arborum ramis ad umbram e-
uocandam. Nec defuerunt pro mo-
re, qui descendantem è pulpito ro-
garent, ut confitentibus aures daret;
quos benignè audiuit, & inueterata
multorum annorum vulnera cura-
uit: tantusque numerus confiteri
volentium fuit, vt Præfctus Gas-
paris nauarchum, vti alterum diem
subfisteret, exorārit. Mirum, quan-
tum sibi postea Gaspar ac Deo gra-
tularetur, quām nullum finem face-
ret

ret gratijs Deo referendis, quod ad eum portum ita à rebus omnibus cœlestibus imparatum appulisset, vbi tam opportunè Episcopali potestate vteretur! Hic Præfectus in sua biremē Gasparem inuitarat: sed ne deserto nauarcho lautiorem culinam quærere videretur, in sua nau maluit remanere. Ad extremum hanc eius navigationem concludamus insigni fructu, quem hīc Masquate transiens seminauit: qui licet postea maturuerit, hoc tamen loco referre commodius videretur.

Vir erat Masquate, quem Gaspar audiuit quidem confitentem, sed iustis de causis non absoluit: ac licet illas ipse reus postea aperuerit, nihil tamen attinet commemorare. Iussit eum Gaspar certis quotidiè commentationibus operam dare,

In milite ardor pietatis singulare. quibus illetantū breui profecit, potissimū mortis meditatione, vt homo militaris & benè diues Societati nomen dare, Gasparique individus comes, vt Lucas Paulo, adiungi opta-

optarit; cui linguarum peritia in
primis utilis esse poterat, & animi
robore: quo impulsus se assari etiā
cum Gaspare velle dictitabat. En-
quid virtus in animis hominum po-
test! quidquid enim viri huiusmodi
virtutum dicunt, Deo seruorum su-
orum conatibus aspirante, altè in
tabulis cordis carnalibus manet ex-
aratum, non atramento, sed spiritu
Dei viui, ut Apostolus loquitur. Hęc
vbi accepisset Gaspar, hominem de
Societatis nostrae instituto edocuit,
eumque postea per litteras Armu-
ziam euocatum ad Collegium S.
Pauli Goam amandauit. Porrò hęc
res cùm digna sit, quae ex ipsis fonti-
bus hauriatur, ad ipsas litteras le-
ctorum remittimus. His Masquate
gestis tertio die soluit, Armu-
ziamque post bimestre,
ut dixi, spatium
peruenit.

VITAE



VITAE

P. GASPARIS
BARZAEI
BELGAE

LIBER SECUNDVS.

CAPVT I.

Armuzia descriptio.

ACTENVS Gasparis
velitationes; nunc iu-
sta hoc libro certami-
na, non cum dæmoni-
bus modò atque omni-
exercitu vitiorum, sed cum ipsa na-
tura quoq; commemorabimus. Atq;
hoc posterius priùs dicere opera
preium, vt natura loci cognita, ve-
lut stadij in quo decurrit Gaspar,
eximij athletæ virtus inclarescat.

Armuzia insula est eademque ci-
uitas, & emporium longè celeber-
rimum. Insula, quam alio nomine
indigenæ Gerum vocant, sita in
Persi-

Persici sinus freto, & in vigesimo-
 septimo eleuati poli gradu, leucis
 ab Arabia felice duodecim; à Con-
 tinenti Persidis duabus; à Carmania
 prouincia quatuor distare perhibe-
 tur. Carmaniæ parebat olim, & ad-
 huc vestigiū est in eius Metropolis
 nomine Armuza; nunc Regem ha-
 bet suum, eumque vel insulæ vel vi-
 cinorum locorum possessione non
 parum potentem. Parua est omnino,
 & in circuitu quatuor non totas
 leucas habet. Et profectò non satis
 scio, an toto terrarum orbe reperiri
 ciuitas possit, in qua sic diuinitæ cū
 paupertate, copia cum sterilitate,
 commoda cum incommodis, arte
 naturam superante, sint coniuncta.
 Commoda fere sunt hæc: Portus
 duo, è quibus cætera in urbem com-
 moda inuehuntur: alter ad ortum
 solis, ad occasum alter; ex utroque
 latere sinu percommodo à natura
 facti, vt onerarijs è quauis mundi
 plaga confluentibus fidam præbeat
 stationem. Inde factum emporium
 earum mercium omnium, quæ

E vel

I S
 I
 V S.
 spar
 inc iu
 rtami
 moni
 omni
 fa na
 s. Atq
 opera
 ta, ve
 aspar,
 cat.
 que ci
 leber
 omine
 sita in
 Persi

98. VITAE GASP. BARZABI

vel ex Oriente, vel ex Occidente, in-
mò & ab Aquilone, Armenia vide-
licet, Persia, Parthiaque deuehun-
tur. Ea propter mira & nusquam
fortè maior gentium varietas: Eu-
ropæi permulti, Russi, Poloni, Hun-
gari, Veneti, Lusitani; ex Asia, Tur-
cæ, Saraceni, Armeni, Arabes, Indi;
ex Africa Abyssini, & quicumque
mare rubrum accolunt. Ex his om-
nibus diuinitæ & negotiatorum opes
propè incredibiles, atque ex opibus
mirus decor ciuitatis, ut gloriari
incolæ soliti sint, neque exterorum
iudicio immerito, orbis gemmam,
si annulus is foret, Armuziam fore.
Ex ijsdem opibus deliciæ, vel in ir-
ritamentis gulæ, vel cætero cultu
denique cū ibi nihil sit, nihil tamen
deesse dici potest.

Hæc propè omnium urbium or-
namenta, quæ ars Armuziæ congel-
lit, ferè totidem malis natura ibi cū
arte perpetuò dissidens facile com-
pensauit. AEstus in primis tanta
vis, ut ardere omnia videantur; nus-
quam alibi tantus, ne sub ipso qui-
dem

dem æquatore. quod sanè mirum videri potest, cùm extra tropicos in zona sit temperata. Causam, quia melior non inuenitur, conferunt in incredibilem soli siccitatem; et si sanè facilius est siccitatem ab æstu, quām æstum à siccitate ortum persuadere. Tanta igitur est siccitas, quanta est meri salis ac sulphuris; è quibus duobus tota insula composta videri potest. Ipsos fluuios æstate in salem, vt hyeme in glaciem sua in Zelandia & Hollādia coire Gaspar affirmat; inde è sale colles, quibus alij, si aliquos exhauseris, repente succedunt. Eius acrimonia tanta est, vt quam carnem condierit, propè exedat. Nec sulphuris minor copia ferunt olim toto septen-
nio arsisse; nec ita dudum montem vnum arsisse perhibent; hodieque montium vertices ignei coloris, aut calcem referentes incendium vi-
dentur confirmare. Ex hac, vt di-
xi, siccitate æstui propè intolerabili ars vtcumque mederi hoc modo solet. In ædium atrijs

E 2 è fri-

è frigida thermæ siūt; in ijs collo tenus, & temperandi æstus & conciliandi soporis causa, velut in liquidis culcitrīs, versa in delicias necessitate, pernoctant. Terræ motus his incommodis cùm accedunt, tum elemum speciem præbent inferorum. Ij sunt ingentes & frequentes; ac paucis mensibus, quibus ibi Gaspar initio fuit, octies nouiesve insula formidabiliter trepidauit.

Ex his omnibus rerum omnium sterilitas tanta est, vt quidquid ad humanæ vitæ sustentationem facit, si deesse ibi dixeris, citius rem explicueris, quām si herbas, arbores, aues, aquam potabilem, nedum vīnū, segetes, feras, ac cætera eius generis negaueris reperiri. Ea omnifere importantur, nisi si quid imbrum ab auaris nubibus præstoletur, & cisternis excipient studiosus propè quām vinum dolijs Lusitani. Ea sufficere poterant vniuersa, vt quantumlibet frequentem urbem desolarent: sed ea, quæ non minus potest in frequentandas quæ in de-

AE I
llo te-
ncili-
quidis
cessi-
us his
, tum
afero-
entes;
i Gas-
ve in-
t.
inum
uid ad
facit,
em ex-
bores,
um vi-
ius ge-
omnia
id im-
estolé-
udiosi-
s Lusi-
niuer-
em vr-
iæ noi-
as qui-
in de-

LIB. II. CAP. II. 101

in defolandas ciuitates, ingeniosa
cupiditas attulit horum malorum
miseris mortalibus vel remedium
vel contemptum. Ad extremum o-
mittere non possum rem ea in insu-
la sanè admirabilem. Paucæ sunt in
quodam insulæ angulo palmæ, quò
fal nondum sese intulerit. Ex fru-
ctum ferunt, qui omnino non ma-
turescat, nisi ramo alterius item
palmæ, sed sterilis, tangantur: quod
si omissum fuerit, fructus ante deci-
dunt, quàm ad maturitatem perue-
niant; planè vt hæc in suo genere
Midæ virgula possit videri.

CAPUT II.

Armuriam Gaspar ingreditur.

EAM in urbem venit Gaspar
incendio maiore incensus,
quàm quo ciuitas irato ac in-
censo Phœbo cōflagrabat. Quocirca
non aliter ac in lumine fieri solet,
maiori minus cedebat incendium.
Nauis vt in conspectum venit ciui-
tatis, auditum est subito Patrem è

Societate Iesu, vel, vt Lusitani vo-
cant, nomine sanè vel pio vel speci-
oso, Apostolum aduentare; erant
dispositi in portu, qui Vicario ac ce-
teris aduentum indicarent. Episco-
pus enim Goanus, Ioannes Albu-
guercius, & Societatis vniuersæ, &
præsertim Gasparis amicissimus,
litteris eò missis prænenerat, quibus
collaudatum à doctrina & eloquē-
tia, atque utriusque ornamento in-
tegritate vitæ, Gasparem mandabat
excipi, non secus ac seipsum. Itaque
in portu priusquam exscenderetur,
cymbæ duæ summo remigum cona-
tu, dixisses de celeritate contendere,
ad onerariam in alueo stantem
aduolabant. In altera Armuziani re-
gis custodiæ Præfectus, Tritanus
Dorta, Lusitanorum amicus, Gaspa-
ri opiparum epulum submittebat;
altera Vicarius cum vniuerso clero
Gasparem salutaturus vehebatur:
quem Gaspar ubi vidisset, mox po-
sitis genibus vna cum socio prehē-
fam eius dexteram osculatur. No-
tata fuit non sine admiratione Pa-
tris

tris modestia, qui licet tanta cum Episcopi potestate veniret, tantum nihilominus Vicario detulisset. In de cymbâ suâ acceptum, in arcem Lusitanam ad Præfectum (istum erat Emanuel de Lima, magnus deinde Gasparis admirator) cum uniuerso clero pene sollemni supplicantium pompa per urbem deducit. Ab eo acceptus est, & pro Emanuelis humanitate, & pro Episcopi voluntate. Expletis deinde salutannis officijs, agi de Gasparis habitatione cœptum, & cœptum simul à Præfecto & Vicario officiosè litigari, utroque de excipiendo hospite contendente. Verum Gaspar utriq; gratijs impesè actis diremit litem, Patrum Societatis, vbi fieri potest, domum esse valetudinarium; eamdem suam fore, non aliam ullam ad expugnanda vitia, vel se tuendum, arcem esse aptiorem. Indigna res iniitio visa; sed Patris constantia cum amicissimorum hominum officijs ad victoriam usque depugnauit. Itaque in Xenodochium à Vicario

cario postridiè abductus (nam primam noctem sibi precibus importunis extorserat) stuporis bonos omnes ac spei compleuit, venisse hominem, qui depositam ciuitatem in sua vita sanctitate ad spem salutis reuocaret.

CAPUT III.

Quo in statu Armuziam Gaspar offendit.

PRIMA cum extremis collata ferè defectum profectumque declarant: itaque videri ut possit, quantum Armuziae profecerit Gaspar, dicendum est, quo in statu repererit ciuitatem. Et fortasse non minus fecisse illo videbatur, qui totidem infideles moriens reliquit, quot fideles factus Episcopus numerabat. Ac primo quidem capite ciuitatem descripsimus, mores in hunc locum reseruauimus. Quæ de Armuzia iam dicta sunt, ferè loquente nemine satis produnt ea, quæ sum narraturus. neque enim hominum colluuiies esse solet absque secta-

sectorum colluuie, nec delitiarum copiæ sine copia vitiorum, nec diuitiarum cumulus sine cupiditate & iniuria. Sed tamē quæ vbiique reperiri solent, non solum Armuziæ redundabant: verūm etiam insolēs quædam, inaudita, & incredibilis (nihil augeo) peccandi libertas dominabatur, cùm etiam ipsa peccandi consuetudo peccatis fœditatem & vulgo nomen ademisset.

Armuziæ Rex ijs temporibus erat iuuenis, idem Regis Lusitani Ioannis III. vectigalis, & Lusitanis peramicus, qui ad res suas tuendas, & commercia ab omni iniuria vindicanda, arcem, Regibus quæ volentibus, quæ nolentibus, & sæpè viētis, iam olim construxerant, in eaq; præsidium habebant è suis plerumque ac 700. Regi subiectus populus, gētium, vt dixi, plurima colluuies, maximam primūm sectorum varietatem induxerat. ibi enim quisque non solum pro arbitratu viuebat: sed etiam quælibet superstitio suo palam ritu colebatur. Gentiles

E 5 indi-

Vitiorū indigenæ exterique vario quisque
 sentinam ritu sua Deorum somnia venerātes,
 Armu- secundam feriā festam habebant:
 Ziam re- Iudæa fæce vrbs tota foetebat; ex ijs
 petit erant captiuitatis Babylonicae reli-
 Gaspar. quia (neque enim Babylonia, quam
 hodie Bagnadad vocāt, procul abe-
 rat) & ex Europa fugitiui; sacrum
 ijs erat suum illud sabbathum: Tur-
 cis & vniuersæ Saracenorum, &
 Mahometanorum sentinæ, quorum
 deliria pro oraculis habebantur, fe-
 ria sexta clamoribus insanis transi-
 genda placuerat. Erant denique re-
 pauci, et si nomine plures Christia-
 ni; iisque vel Græci, vel Armeni, A-
 byssini quoque, & hæretici Poloni,
 Russi, Hungari: qui licet omnes &
 opinionibus & capite diuisi, ha-
 beri tamen volebant Christiani;
 ijs verò vel nullus vel Domini-
 cus dies erat sacer. Lusitani de-
 dum erant & alij pauci, vel Ita-
 li vel Germani, reliquis excepta si-
 de nihilo propè meliores: quan-
 quam & in fide quid crederent, ne-
 sciebāt; hoc etiam reliquis peiores,
 quod

quòd nullius sectæ cultus ita atque
verus Iesu Christi (prò dolor) iace-
ret. Connubia passim erant cum Sa-
racenis vxoribus, vel stupra; pro-
les matri similiores quàm patri pa-
rentum intolerabilis negligentia in
peregrinos ritus abduxerat; fene-
ratius quæstus hominis erat frugi
& negotiatoris; luxuriæ genus om-
ne; diceses ponyropolim Philippi
Regis, in quam, quidquid flagitij au-
sceleris esset vspiam, retrudi iusse-
rat. Certè audet Gaspar asserere, nō
aliam vllam esse vel fuisse gentem
desperatiorem, in quam sic vniuersa
horribilium flagitorum monstra
conuenerint; de quibus plura non
dicor: nam ex adhibitis pharmacis &
curatione patebit infrà legentibus
ægritudo.

Quo putatis hîc animo fuisse Gas-
parem nostrum? Contigit illi pla-
nè, quod Indicam nauem ingresso,
diffidentia quædam subiit ani-
mum, & desperatio frugis facien-
dæ. Sollemne siquidem illi erat in-
magnis quibuslibet ad Dei gloriam

E. 6 aggrē-

aggreendiendis, semper à sui diffiden-
tia inchoare: quæ quanto altius in
propriæ cognitionis abyssum descé-
derit, tanto sublimius animum, ad
omnia potentem in Deo qui eū cō-
fortat, eleuabit. Itaque nil illi ani-
mi propè supererat, nisi ad eos fle-
tus, quibus mala tanta deploraret.
Quocirca ad Deum conuersus mag-
nis lacrymarum imbribus & orati-
one peruigili Dei contemptum &
læsi numinis iniurias ponderabat;
inde ad ea punienda exfoluenda-
que, Christi exemplo, quæ non ra-
puerat, in seipsum acriter flagellis,
cilicina veste, ieunijs, vigilijs, &
reliquo asperitatis genere fæuire
est aggressus: quibus ipse amoris
plenas voces intermiscens opem si-
bi, misericordiam ceteris ab offen-
so numine e blandiebatur. Hæc erat
arma, hæ exercitationes nostri pu-
gilis mox in aciem prodituri: qui
vbi se indutum virtute ex alto per-
fensit, ita nunc animosus, ut raper-
timidus, omnes inferorum pha-
langes vitiorumque turmas au-
dacter

dañter prouocabat. Sed non nesciēs ordinem rerum gerendarum magistrum, maximē in eo laborauit, ne quidquam ageret perturbatē: quod eō mirabilius est in eo feroore scelerumque varietate, quo potuisset impetu quilibet alius abreptus omnia facere, nihil perficere. Variæ, ut dixi, erant Armuziæ sectæ; quamlibet earum, suo quamque die sacro, ut eō ægriūs dæmoni faceret, statuit oppugnare. Itaque Gentibus feriam secundam, sextam Saracenis, Sabbathum Iudæis, Dominicū, ac dies cæteros assignauit Christianis, & ijs maximē, qui ab Francisco commendati fuerant, Lusitanis. Nos eiusdem vestigijs insistentes eam distributionem seruabimus in narrando, quam ille tenuit in agendo; quid cum singulis egerit, quidue profecerit. Ac primum quidem, quæ cum Christianis perfecta sunt, utpote in quos prima cura Gasparis incubuerit, perfequemur. At quoniam tractatio ea longior, ab ipso Gaspare petita parti-

HO VITAE GASP. BARZAEI

tione diuidetur. In singula quippe
vitia velut singulari certamine, et-
iamsi simul vniuersa impeteret, de-
pugnabat.

CAPVT IV.

*Rerum diuinarum ignoratione labo-
rarentem ciuitatem erudit.*

INTER cætera ciuitatis mala for-
fan etiam præ cæteris densissima
erat Armuziæ rerum diuinarum
ignorantia. Nam etsi non deerant
aliquot Sacerdotes, ij tamen vel ni-
hilo vulgò doctiores, vel vt essent,
laboris erant impatientes in ea ci-
uitate, vbi tot forent incommoda
toleranda, vt pati, non agere plus fa-
tis esse videretur. Adde, quod etiam
eorum nonnulli vnà cum opibus
propriæ salutis curam, alienæ tanto
magis, abiecerant. Cōstat, ante Gas-
parem, alium diuini verbi præco-
nem nullum tertio in pulpitū con-
scendisse. Vnde simul cum illa gen-
tium sectarumque nebula tantæ ir-
repserant tenebræ, vt vulgò etiā ad
splendorem crucis, quem postcā ne
Sara.

Saraceni quidem oculis ferre potuerunt, ipsi Christiani cæcutirent. Itaque vulgo pudebat crucis discipulos magistri sui crucifixi: & quod à Saracenis ac Iudeis passim in contumeliam obijciebatur, ipsi contumeliae loco habebant; & iam Iesum Christum, quem solum crucifixum Apostolus nouerat, ipsi, si potuissent, negassent cruci affixum. Quod ubi non sine doloris sensu narravit Gaspar, ita exclamat: Mihi autem absit gloriari nisi in cruce Domini nostri IESV CHRISTI. Verum antequam ex Aegyptiacis illis tenebris populum Christianum in terram Geffen, ubi lux erat, traduceret, videntis quam atrox cum inferno illo Pharaone iniret certamē, inde cœpit vnde Xauerius facere ac docere consueuerat. Nam in valetudinario suo primis se diebus continens, sui contemptum ac demissionem cum insigni caritate coniungebat: in nosocomiæ griseis famulari, lectos sternere, cubicula euertere, pannos abluere, ad infima omnia descendere.

E noso-

112 VITAE GASP. BARZAEI

Enosocomio deinde in custodias publicas, iam quodammodo factus audacior, erupit; hæc ille dies aliquot ita faciebat, ut aliud omnino nihil, studio solum orationis, de quo superiori capite, non intermisso. In quo sanè videtur eos, qui urbem aliquam obsidione cingere aggrediuntur, imitatus. Nam illi suos aggeres ubi extra tormenti iactum inchoarunt, eos ita rotant, ac volvunt, quoad sine periculo se ipsis munitionibus hostium admoueant. Iam itaque sua modestia se, velut noctis silentio, tegens Gaspar, aggeres suos promouebat, cum subitò tuba canit; sed planè admirabili. Tuba viro illi tintinabulum fuit. nam instituto in ea ciuitate hactenus inaudito in vicos prodit, & noila puerorum ac rudium ad expugnandam ipsam ignorantiam mirabili, sed tamen non sine ipsius sapientiæ rudes in eundem finem Apostolos asciscentis exemplo, delectu facit. Concursum est subitò velut ad ludicrum quoddam ac puerile specta-

spectaculū. Hic Pater pueros quā *Puerorū* blandioribus verbis, quā premiolis *institutio-* primū demulcere, & ad loquen- *tiōe plus-* dum pudorem exuere facit; inde *rimūm* signum sanctissimæ crucis expri- *proficit* mere, exigere, ut se p̄eente ab om- *Gassar.* nibus exprimatur; ingenium illo- rum collaudare. Tum orationem Dominicam, Salutationem Angelicam, fidei symbolum, præcepta vel Dei vel Ecclesiæ docere aggressus, & ut discendi tedium leuaret volu- ptate, facili cantu p̄xire, cæteris sequi iussis incepit; denique in hæc & similia, quæcunque Patri sua ca- ritas, demissio, ac Spiritus ipse san-ctus suggerebat, strenuè incubuit. Nec facile credi potest, quantas res ille hoc puerili manipulo perfec- rit, aut quem sibi aditum ad maiores aperuerit.

Ea res non cæterorum modò, qui ex hoc sinapis semine nunquam tā- tam arborem expectassent, sed ipsi- us Gasparis quoque superauit opi- nionem. Fauit semper quidem ubi- uis locorum Deus Opt. Max. huic rudium

rudium institutioni: sed Armuzia
tantum illi lucis ac splendoris de-
dit, facile ut pestiferæ profanorum
rituum nebulæ, quæ iam diu ciuita-
tem obuoluerant, in huiusce solis
aduentu fuerint dissipatæ. Pueri e-
niam ipsi non audius, quam felicius
fidei nostræ mysteria, legis nostræ
præcepta didicerunt, cantu ipso vel
memoriam adiuuante, vel ad dis-
cendum inuitante. Et iam profana
carmina in sacros piosque versus
permutari, & ubique tota vrbe, æ-
dibus, atrijs, vicis, publicis locis in
periuriorum aut blasphemiarum
locum succedere & personare cœ-
perunt. Quotidiana enim Gasparis
institutio iam rem ita vulgauerat,
ut paucis diebus perfecerit, quod
vix annuo spatio se posse speraue-
E can- rat impetrare. Utinam tam salutari-
tiunculis exemplo pâssim Catholicæ vrbes
sacris sperari enim posset tan-
fructus ta morum conuersio, quanta ex ob-
permag- scenis cantiunculis, & ijs, quas no-
nus. minari inter Christianos nolebat
Apostolus, vocibus, magno bonoru-
gemi-

gemitu cernitur corruptela. Nec in
pueris, Reip. seminario, stetit fru-
ctus; auctore Gaspare è discipulis
facti doctores, seruitia sua, paren-
tes etiam ipsos, quos iā in scitiæ suæ
pudebat, instruebāt; qui simile quip-
piam fecerat, præmium ac laudem
insuper, magnum per se præmium,
expectabat. Eadem præmia ijs statu-
ta, qui iuratæ aut quo quis alio mo-
do palam peccantem correxisse.
Hęc omnia tantu breui potuerūt, vt
iā ad antiquos omnino noui accede-
rent Christianæ institutiones audi-
tores. Parentes passim à filijs addu-
sti, de filiorum, vel laudatorum, vel
præmio honoratorum lætitia suam
gratulationis partem decerpebant;
ac iam passim neminem pudebat in
eodem cum pueris ac seruitijs ludo
erudiri: viri pueros, fœminæ puel-
las aut ad respondendum vrgebant
aut præueniebant.

Ad extremum dici non potest,
quanto vel Gasparis gaudio, vel ci-
uium approbatione, vel Dei gloria,
res ista procedit. Nam Gaspar, quæ
ab

116 VITAE GASPAR. BARZAEI

ab omnibus damnari vellet; artificiosè puerili suffragio calculoqué damnabat; quæ cuperet emendari, pueris ut admonerent vel deferrent imperabat. Itaque ne domus quidē ipsa satis Patrifamilias tuta erat ad peccandum, qui filium haberet vel monitorem vel etiam delatorem: cuius rei acerbitatem ipsa puerilis ætas, Patrisque facilitas molliebat. Itaque iam passim Armuziæ aliæ diurnæ collocutiones, cantusque nocturni, alius ad ædem sacram concursus, alia sacrorum hominum reverentia, alia sacramentorum frequentatio, alia denique ciuitas universa. Eam in rem quotidie Gaspar duas horas, sed planè utiliter collocabat: nam quæ contigerunt in eo genere, iucundius fuisset, ut ait ipse videre quam audire. Vulgo parentum somnus filiorum nocturno cœtu interrumpebatur; propè singulis in ædibus, iussu Gasparis, singuli quæ didicerant, seruos ac mancipia, quibus interesse per occupationes domesticas non licebat, sub noctem edoce-

edocebant. Cùm Saracenorum filijs
frequentes erant disputationes pu-
erorum, afferentium sine baptis-
mo salutem esse desperatam: nec
sine fructu: pueri plerumque Sa-
raceni sine discrimine per vias
doctrinæ Christianæ capita can-
tabant; & contigit aliquando, ut
Gasparem fortè transeuntem vir
quidam honestus interpellarit, &
Saracenulum vnum, In nomine Pa-
tris, &c. canentem, seseque palam
signantem ostenderit, magna vel sua
vel Patris voluptate: qui, ut ait, tum
animo Baalam sibi vatem referebat,
qui cùm maledicere vellet, vel in-
uitus benedixit, item illud Psalmi:
Ex ore infantium & lactentiū per-
fecisti laudem. Nec nullus ex his
cantoribus ad fidem baptismum-
que perducebatur. Sed & alia multa
præclara sanè facinore Gaspar dux
huius turmæ eadem perfecit, quæ
alio loco sunt narranda: hæc verò
quæ huc de industria sub initium
concessimus, ita sub initium cœpe-
runt, ut quotidianis (nullo enim
dīc

118 VITAE GASP. BARZAEI
die Gaspar quantumlibet occupa-
tus omittebat) semper inualuerint
incrementis.

CAPVT V.

*Quantum in tollenda libidine
profecerit.*

Si fuisset vnum genus hostium
Armuziæ, vno fortasse teli ge-
nere potuerat expugnari: sed
tanta non in vno solum genere erat
multitudo vitiorum, verum etiam
in diuerso varietas, necesse vt fuerit
pugili nostro omni telorum genere
decertare. Et Armuzia igitur non
iam à dæmonijs obsessa sed possessa,
arcibus aliquot tenebatur, quas sin-
gulas Gaspar oppugnare non desti-
tit, donec expugnaret. Itaque in li-
bidinis arcem impetum è superiore
loco verbis pro iaculis faciens mi-
rabiliter detonabat. de scelere pri-
mùm, tum de fructu narrabimus.
Vulgò Saracenis pellicibus, Genti-
ibus ac Iudæis promiscuè non sce-
lerato solum, sed etiā infami amore

Lusi-

Lusitani miscebantur. id adeò vul-
gare erat, vt ne à coniugatis quidem
pro scelere haberetur; in solutis ve-
rò iocis aut etiam necessaria oble-
ctatio crederetur. Ex eo scelere fæ
illa meretricio partu sanguinem
fœdabat Lusitanum, qui partus cùm
adoleuerat, magis etiam fœda ri-
tuum quām sanguinis permixtione
polluebatur. Eius rei mira Lusita-
norum parentum vel dissimulatio
vel contemptus; quippe qui de ex-
plenda libidine magis essent solli-
citi, quam de sobole educanda. Ne-
que satis erat vna; vni; vaga multorum
libido pellicum numerum fortunis
suis aut sūptu doméstico metieba-
tur, idque ita palam, vt iam peccan-
di consuetudo pudorem omnem
detersisse videretur. Eadem peste
propè omnes, summi, ac infimi,
profani & sacri laborabant. Sed
neque solùm his limitibus se ef-
frenata libido continebat, verùm
naturæ fines egressa in omne ge-
nus ferebatur eorum scelerum,
quæ non ferunt etiam castæ aures

nomi-

Lusi-

120 VITAE GASP. BARZAEI
nominari. Ea Gaspari nota fieri dif-
ficile non erat, quæ nota erant uni-
uersæ ciuitati. Itaque cum iam ali-
quoties ad eos verba fecisset, & ful-
getris quibusdam velut prælusisset,
conciliatis iam animis & frequenti
concione cœpit eloquentiæ Chri-
stianæ & animi sui feruenti impetu
detonare, sceleris grauitatem ver-
borum sententiarumque pondere,
exquisitis vel sacrarum litterarum
vel Patrum sententijs, aptis etiam
exemplis aperire, inde cælestes iras
vel futuræ, vel huius vitæ, (quam
ferè solam eius generis homines cu-
rant) intentare. Nec frustra; visus
est Dominus Gasparis sententias ac
minas suo suffragio comprobare
Sub idem tempus frequenter tota
insula & formidabilior trepidauit
at licet id insolens non esset, nihil
ominus illa minarum rei que con-
iunctio effecit, ut eo terræ mon-
magis animi, quam ædes, & ciue-
quam ciuitas, quaterentur. Gaspar
enim petitis à natura etiam ipsa ra-
tionibus, ex eo diuinas iras prode-
bat,

tem
E
xeru
gere
eori
vel
gij v
dilu
adhu
cere
pert
rent
taqu
tend
cion
fano
cepit
quan
quan
tis ra
uina
let , e
ciosa
inde
pertè
flagit
ba

bat, quod alieno iuxta philosophos
tempore contremisceret.

Ea re igitur multi seipso inspe- *E libidi-*
xerunt, ac pudere, deinde etiam pi- *nis cano*
gere sceleris coepit. Multitudinem *multos*
eorum, qui meretricium amorem *eripit*
vel exuerunt, vel honestiori coniu- *Gaspar.*
gij ueste induerunt, appellat *Gaspar*
diluuium; sed tamen non deerant
adhuc permulti, qui ne quod agnos-
cerent, deserere crimen cogeretur,
pertinaciter crimen esse clam nega-
rent. Non latuit ea res *Gasparem*, i-
taque acriore quodam remedio v-
tendum ratus, die quadam pro con-
cione Magistratus omnes, quā pro-
fanos, quā sacros obtestatus rogare
cepit & obsecrare, memores essent,
quam Deo, quam Prælatis maiorib;
quam Regi essent huius impunita-
tis rationem reddituri; non ideo di-
uinam clementiam, quod dissimu-
let, eorum quorum interest perni-
ciosam indulgentiam comprobare:
inde à precibus ad minas versus a-
perte protestatus, nisi nefanda hæc
flagitia vel igne, vel statuta legibus

F

pœna,

pœna, expiarent, se illos pro hæreticis delaturum. Profuit ea res universis. nam & Magistratus viri vel sanctimonia vel auctoritate terribus cautior fuit, & vulgus hanc suorum Magistratum diligentiam suam quoque emendatione prosequebatur; quosque primum metus fortasse continebat, ipsa scelerum fœditas meliores iam factos deterrebatur. Ergo vel omnino non peccabatur, vel remotis arbitris intrà domesticos parietes sese facinora continebant. Sensit hoc quoque sagax Dominici gregis allatrator. itaque palam denunciauit scire se, à quibus & ubi clam etiam post tot denuntiationes peccaretur; se quidem breui quibusdam occupationib⁹ expeditum, in ipsa ædium centra penetraturum. Nec minæ fuerunt solū. neque enim contetus hostem suum in eas angustias coegisse, victoria usus eum persequi & penit⁹ exterminate decreuit. Itaque in ædes penetratas hostem sicubi resederat, expellebat; nec nunquam in ipso sceleris

scor

AEI
hære-
es vni-
iri vel
terri-
ic suo-
am sua
pueba-
is for-
m fœ-
eterre-
ccaba-
trà do-
ora cō-
e sagax
itaque
quibus
enūtia-
i breui
xpedi-
enetrā-
lū. ne-
uum in-
ia vſus
rmina-
pene-
, expel-
scelere
scor-

scortatores deprehendit. Quod cū
ei semel contigisset, cum socio af-
sedit, negans se inde discessurum:
verūm Patris præsentiam non ferē-
tes, melioraque multis promitten-
tes, rogabant, vt pudori suo con-
suleret, discederetque; satis iam ex
ignominia pœnæ persolutum. abiit
denique Gaspar, promissa postmo-
dum seuerè exacturus. Neque fidem
fefellerunt. iam enim ab importu-
no hoste liberi, qui ne in conspectū
quidem Gasparis venire audebat, à
fordibus expiati, & salutaribus mo-
nitis instituti, castimoniam deinde
coluerunt. Sed quoniam in eo ge-
nere rariora multa, & etiā supra na-
turæ vires, Deo sanctos Patris cona-
tus admirabiliter promonente, cō-
tigerunt pauca ex ijs vnde similia
colligantur, rerum magis, vt dixi,
quām temporum habita ratione cō-
geremus; hoc solūm præmonentes,
nihil hoc libro narrari, quod
non Armuziæ conti-
gerit.

CAPVT VI.

*Rariora quædam, quæ in eodem gene-
re contigerunt.*

SOLET fermè Deus huius vniuersi moderationem clementia iustitiaque mirabili varietate continere: sed quoniam hoc tempore clementia iustitiam erga peccatores tanto superat, quanto in futuro iustitia clementiam superabit; ideo frequentiora sunt miseracionis eius exempla quam seueritatis. Illius generis duo, huius vnum, vtrumque in hac libidinis materia commemorabo. Sæpè contingit, ut salutis suæ prodigos bonitas etiam diuina ad salutis curam compellat atque persequatur. Miles erat non armis senior quam vitijs; ille Gasparem subinde de vitiorum, & priuatum de meretricij amoris, quo ipse tenebatur, fœditate differentem audierat: ex ea re cum insolitos animi motus timoresque concepisset, neque tamen ex eo se incendio, quo ardere se sentiebat, eripi pateretur,

conti-

continuis perturbatæ criminum
suorum conscientiæ aculeis punge-
batur. Ex eo in ipsum Gasparem cō-
motus, pro eo quòd permotus esse
debuerat, sensim tantùm eius hor-
rorem odiumque concepit, vt ne in
conspectum quidem illius absque
stomacho venire posset; confiteri
porrò eidem ipsa morte peius asse-
rebat. Is cùm aduerteret, se, si Ar-
muziæ permaneret, necessariò in
eundem incursum, ac eū vel vide-
re vel ab eo videri, quod eque propè
detestabatur, aliquandò cogendum;
statuit primo quoque tempore, nul-
la alia quām Patris fugiendi cauſa
in Indiam nauigare. Iamque data
nauigij facultate, pedem ea cogita-
tione in nauim imposuerat, cùm re-
pente, ac si immisso apparitore fisti
eum iuberet Deus, acuta in eum fe-
bris insiliit, cum tāta mentis ex hu-
more melancholico perturbatione,
vt omnino deliraret. Itaque domum
relatus sic affici cœpit, vt iam sibi
præsentes cœlestes iras ac diuinias
iustitiæ minas experiri videretur; si

Miles
divini-
tus im-
missis
terrori
bus Gas-
paris
monitis
csgitur
parere.

quem strepitum audiret, vultum au-
terere; si fortasse tormentum
aliquid, ut in arce non raro, displo-
deretur, iam se in frusta decerptum
arbitrari; amicos qui ad eum visen-
dum veniebant, pro sicarijs & per-
cussoribus habere. Denique deue-
nit eò miser, ut tetras illas & hor-
ribiles Aegypti tenebras palpare
videretur; quæ omnia etiam spectra,
quæ vel videbat vel videre videba-
tur, horribilia reddebant. Atque
is erat miserandi hominis status, qui
ex anima iam dudum in peiore con-
stituta, in corpus vulgata lue per-
uaserat. Sed quoniam hæc illi diui-
na bonitas ad salutem, non etiam ad
perniciem immiserat, tantum illi
lucis per interualla dedit, quantum
fatis erat, ut medici, quem tantope-
rè exhorruerat, posset meminisse.
Nec ille diuinæ benignitati defuit,
cui afflictio dederat intellectum;
Gasparem inclamat, Gaspari se to-
tum accito tradit, animi virus con-
fessione salutari euomit, & quæ res
animo, eadem corpori quoque sa-
luti

latifuit: quia ille salute ita usus est,
ut idem ei fuerit poenitentiae prin-
cipium ac peccatorum extremum.
Ergo amores suos & domo & corde
ablegat, acres de se poenas sumit, in
puritate de cætero & continentia
perseuerat.

Fugientem igitur istum diuinæ
bonitas est assecuta; hunc quem sum
commemoratus, dolos parantem
in astutia sua comprehendit, & vim
inferentem vi maiore prostrauit.
Is erat nihil priore melior; hoc
etiam peior, quo maiorem ab eo
sanctitatem facer status exigebar.
Metuebat ille, ne, qua erat sagaci-
tate, Gaspar sordium suarum gra-
uitatem subodoraretur: itaque ut
non crederet si audiret, vel certè à
reprehensione obsequijs occupatū
deterreret, statuit officijs frequen-
tibus sibi Gasparem obligare poti-
us, quam demereri. In concionibus
erat assiduus & auditor & laudator;
in familiari sermone frequens & a-
amicus: nec deerant munuscula, quæ
suo instituto Pater ad infirmos amā-
dabat;

dabat; ad conuiuium. etiam non raro inuitabat, quò si veniret Gaspar, nihil erat ex vniuersa supellecible, quod in obsequium Patris non prodiret: mira epularum varietas, ferculorum copia, peristroma tum splendor, neque enim profane Sacerdoti quidquam deerat, nisi quòd cum virtute deerant vniuersa. Vna tantum cum infelici stirpe furiarum turba non comparebat. In ea dissimulatione vtriusque pauci dies abierunt. Pater enim omnium non nescius, se ab eo velut deludi patiebatur, experturus, si quid exemplo suo vel tacitis reprehensionibus leniori curatione proficeret. Quod cum vedit ab eo summa simulatione suscipi, amicas etiam adhucuit ac priuatas correptiones: quas cum ille composito semper ad fraudem animo vultuque, non altius admitteret quam in aures, nullo operæ fructu vel emendatione; statuit Gaspar ad solita fulgura, diuinum armorum genus, recurrere.

Itaque pro cōcione cœpit expli-
care,

care, quantum ij, quos ad sacrum
munus selegit Deus, in se scelus ad-
mitterent, si sacrilegis sese amori-
bus implicarent. Ea concio nimi-
rum non solūm prodidit, sed & cra-
brones irritauit. Nam licet Gaspar
saluum in omnibus honorem quo-
rumlibet cum omni circumspectio-
ne seruasset, nihilominus homines
sibi male consciij vitiorum patroci-
nium susceperūt. Dux facti erat in-
signis ille amicus Gasparis, qui pro
foribus ædis sacræ Gasparem, non
ante solitum egredi quam dissolu-
ta concione, cum eiusdem farinæ
hominibus præstolatur, ac subitò
corona cinctum acriter cum cæte-
ris obiurgat: at speciatim ille ita se
procacem exhibuit, vt ad milita-
rem insolentiam præter habitum
nihil ei deesse videretur. Nam eò *Modestia*
usque rei processit indignitas, vt à sua *Gas-*
Gaspare licet supplice, & impru- *par con-*
dentiæ, si quam adiniferat, veniam *tumaces*
deprecante, vix violentas manus *superat*.
abstinuerint. Quòd non plagarum
metu, sed ex animi modestia se tan-

tum abiecisset, facile deinde patefecit. Nolebat enim qualibet ex causa cum Sacerdotibus indigenis Xauerianorum præceptorū memor offenditionem suscipere: nam quæ pro pulpito dicebat, ea teste populo vniuerso in sola flagitia iactabat. Erupit ea res tamen in vulgus, nec paucos offendit tanta hominum palam impurorum licentia: contrà Gasparis modestia vel admirationi fuit, vel nimia etiam iudicata: sed illi sanè in sequentis diei victoria est referēda. Nam postridiè Gaspar eodem è loco maiori etiam libertate, pari semper prudentia in idem facin' debacchatur; nec aberat eadem quæ prius dissimulatione hesternus sceleris patrocinator. Ad quos fortè res eruperat, euentū rei folliciti expectabant; qui fuit, quam omnes boni & Gaspar magis cupiebat quam sperabat. Tantū verò stimulante Deo verborum fulgura in eius animum penetrarunt, ut iam glaciem & crystalli bucelias & faciem frigoris eius, quam ne-

mo.

mo sustinere poterat, perfregerit. Emisit enim verbum suum Dominus & liquefecit ea; flauit spiritus eius & fluxerunt aquæ: quas cum ille ex dupli oculorum fonte tota concione laxasset, demum absoluta ad Patris se pedes abiecit, palâ vultu in terram defixo veniam de dolo, de vi, de offensione, de vita præterita, Deum, Patrem, præsentes rogavit; cuius deinde vitæ sanctimoniam tam insigni pœnitentis animi principio cumulatè respondit.

Non idem fuit exitus, sed planè iusto Dei iudicio infelior alterius cuiusdam. Præfectus is erat peditū, actanto ratione sui munericis peior, quanto priuatis mali lues exempli contagione in plures vulgabatur. Tres ille Saracenas simul pellices in oculis vniuersæ ciuitatis, cum summa omnium offensione, secum quo-cumque iter pertrahebat; increpationes, admonitiones, cælestium irarum minas, ne in aures quidem, nedum in animum admittebat: sed passim ex ore scelerato blas-

*Blasphē-
mus &
luxurio-
sus miles
repentē
extin-
guitur.*

phemias, quales vix ipse infernus euomieret, sine fronte toto dies, veluti ludibriundus eructabat. Non habebant sancti Patris conatus hostē tota vrbe maiorem, qui non solū ipse in rectas Domini semitas deduci se non pateretur, sed alios etiā quantum posset auerteret. Verūm non diuturna fuit audacia. Ad arcem Moniam, de qua multa infrā, vñus erat ex impia illa turba, nec postremus; & fortē in agro stabat cum suis militibus sibi semper similis vel in amoribus, vel in blasphemis, cū ecce sibi derepente (res mira!) nulla ex causa, quæ quidē videri potuerit, in oculis omnium expirauit. Nec eius morte finem cæpit miseranda illa catastrophe. Eo ipso temporis momēto aēr hactenus serenus tantam grandinis procellam cum horribili vēto ac fragore, densiq; pulueris nube displosit, vt dimidiatae horæ spatio alij alios non viderent, de sua quoque salute propè cum æterna scortatoris blasphemī pernicie conclamatum arbitrātes.

tes. Mors deinde eius, talisq; mors.
vulgata pluribus, attulit vitā ani-
morum.

His & similibus prodigijs Deus:
pios Gasparis conatus prosecutus,
nihil non eius opera cōficiebat, pæ-
nè vt videretur vel Deus cum Gaf-
pare, vel Gaspar cum Deo coniura-
re. Nam in hoc quidem genere Ar-
muziæ nihilo minora sunt, quam
quæ à B. Xauerio vel Goæ vel Mala-
cæ fuerunt emendata: in hoc etiam
Armuziani palmā retulerunt, quòd
non solùm sua crima dēfērere, sed
etiam poenis spōte susceptis extin-
guere plane sunt conati. Eorum ple-
rique qui Gasparis opera in suorum
delictorum venerant dētestationē,
non satis sibi fecisse videbantur, nisi
Dominicis festisq; sollemniori-
bus, quòd frequentior esset actus, se se
acriter pro templi fōribus flagel-
larent. Alij noctu. viciatim ad flagel-
la voces etiam addebat poeniten-
tiæ plenas atque pietatis: nam à Deo
misericordiam, à ciuibus veniam &
anteactæ vitæ obliuionem postula-
tes.

F. 7. bant.

bant. Iam suæ concionis Gaspar, cū de hoc ageret criminē, fletuum habenas videbatur cū vellet adducere, cū vellet remittere; quamquam sœpè laxatis iam frenis, eo impetu prorumpebant, vt non interruptus esset, sed continuus planctus ac gemitus audientium. Deus bone, quantum potest diuini spiritus inflammata caritas! confitentium porrò tanta erat multitudo (quamquam & alibi de his erit dicendi locus) vt cū dies Gaspari non sufficerent, noctes essent insumentæ, defraudato ferè somno: qui cū trium horarum spatium inueniebat, duabus plerumque contentus benè secum actū arbitrabatur. Memorabile est in eo genere quod narratur. Viri quidam graues atque copiosi cū præ multitudine suas vices (quas magna ambitione sibi quisque procurabat) consequi non possent, in lectum se coniiciebant, vel in valetudinarium, ubi morabatur, sese deferri curabant, ægritudinem simulantes, vt saltem spe-

cie

cie necessitatis Gasparem ad se audiendum obligarent.

CAP. VII.

*Feneratitios contractus, & cupiditas
tem vniuersam impugnat.*

Plerumque facilius & felicius perficiuntur vicissim singula, quam per tumultum vniuersam ideo expugnata libidinis arce, in alteram cupiditatis neque animo neque euentu dissimili facit impetum. Variæ in illa arce reperiebantur munitiones, & omne telorum genus: sed tamen tota vis in ea munitione esse videbatur, quam feneratores velut præsidiarij milites occupabant. Eam Gaspar aggreditur, facile deinde illa occupata, reliqua arce potitus. Quantum porrò in ea ciuitate malum illud inualuisset, vix credi potest; ipse quoque Gaspar negat se posse satis explicare, Armuziamque omnis usuræ fontem appellat. Et verè feneratores Armuziani tota iam India nobiles erant, veluti doctores, qui ex cathedra penitentia-

stilentia non in iure, sed iniuria & dolo malo prælegerent. Et fortasse non illepidè cōiectat Gaspar, à Domino ex templo olim expulso flagris, huc confugisse, & ad posteros longa serie pestem istam propagasse. Tot enim erant ac tanti tamque intricati cambiorum & recambio- rum dolosi contractus, ut magno Gaspari constiterit eos discutiendi labor; quo nihilominus nunquam efficere tantum potuit, ut hanc sentinam exauriret. Ad extremum Iudeos inter & Christianos, Saracenos ac Gentiles vix alia erat viuen- di ratio, quam ea quam commemo- rabo. Decem pardaos (Indici nu- mismatis genus duorum fere Flan- dricæ monetæ florenorum) mutuos dabat unus aliquis; ex eo mutuo to- ties tortus ac retortus per fas ac nefas fructus ad possessorem redibat, ut anno integro seipsum sustineret, viua semper ac integra summa ca- pitali decem suorum pardaorum. vulgo enim ex hoc infelici semine cētesimus exacto anno fructus col- ligebatur. Vt:

Ut huic tanto tamque publico la-
trocinio Pater occurreret, ad cete-
ras conciones quas de hac re quoque
instituebat, aliam, in more lectio-
nis, cathedram cathedræ opponens,
quoque Sabbatho de auaritiæ par-
tibus ac peccatis adiecit, idq; in Ec-
clesia maiori trimestri ferè spatio,
quo toto tot sacrarum litterarum
doctorumque grauissimis testimo-
nijs, tot rationibus & exemplis, &
quod in omnibus caput erat, & illi
solemne, tam assidua diuini fauoris
imploratione hostem suum iugula-
uit, ut hæc vna res fuerit, in qua po-
tissimum Armuzianorum fructus
constiterit. Ad eum explicandum
accingamur. Locus erat ciuitati iū-
ctus; locus, in quo dolus malus, in-
iustitia, ceteraque Orci pestes vide-
bantur sedem posuisse. locum illum
Bazar vocant: quod nomen quidam
putat ad lapillos illos Bazares, qui-
bus aduersus venena vtimur, quod
eorum in eo emporio frequens esset
commerciu[m], transiisse; eosdem ni-
hilominus alij nomen ab Hebræis.

dua-

*Gaspæ
lectionē
de Iusti-
tia & vir-
tute uti-
liter in-
stituiss.*

E I
a &
asse
Do-
fla-
ros
gaf-
que
vio-
gno-
ndi
am
en-
um
ce-
en-
no-
nu-
an-
uos
to-
ne-
at,
et,
ca-
m.
ine
ol-
Vt

duabus voculis malunt deduxisse: Baal, quod est dominus, & Sar, venenum, quasi veneni dominus; quæ duæ voces in vnam cum aliqua immutatione, vt ferè assolet, coaluerint.

Eum igitur ad locum prima luce, æstus causa, negotiatores omnes, quibus prima cogitatio erat de lucro & quæstu, confluabant; atque ibi gentiles omnes, Saraceni, Iudæi, & Christiani, quas tota nocte fraudes somniarant, artificiosè promiscuè contrahēdo texebant. Sed postquam è Gasparis disciplina doctiores & exhortatione meliores euaserunt, prima euigilantium cura erat, Missæ sacrificio decenter interesse; tum demum his armis instruti in Basar concedebant, atque omnium erat cura in fraudibus & dolis iam non texendis, sed retexendis; frequens ibi concertatio, afferentibus alijs, alijs negantibus contractū esse nefarium, quibus sola Gasparis auctoritas erat pro oraculo. ad eum frequenter appellabat, & quidquid

dam-

damnatum ab eo fuerat, id totū re-scindebatur. Itaque Basar iam potius erat differentium scholastico-rum schola, quām contrahentiū ne-gotiatorum locus, quos asserit Gas-par ea in materia tantum nosse, quā-tum ipsi debeant scire Sacerdotes. Nec philosophādi ratio in solo ser-mone constitit aut discursu; nara supra quam, quōd ea per scelus ne-gotiandi ratio pñnē sublata est, in-gentes facte sunt malē partorū re-stitutiones; quæ cūm nonnunquam fierent ipsis Saracenis, Iudæis, aut Gentilibus, illi non satis poterant admirari, cūm cernerent ea sibi tan-ta fide ab ijs reddi, qui nuper in ea-dem tanta cupiditate inhibabant. Et sanè præter eam summam, quæ suis dominis reddebatur, quæ erat longè maxima, ea cuius possessor ignora-batur, simul cum ea quæ eleemosy-næ nomine profundebatur, trium annorum decursu ad viginti pardar-orum millia excreuit, præter ea quorum ratio per occupationes aut incuriam inita non est. Ea summa

Gas-

Merca-torum in-inquiren-da iusti-tia sibi dium.

Gasparis arbitratu, virginibus in matrimonium collocandis; ædibus Sodalitij, cui à Misericordia nomen indiderunt, instaurandis vel augendis; valetudinarij suppellectili & alias in res pias expendebatur.

Hic erat vulgaris in omnibus fructus: sed nonnulli se supra certos extulerunt. Negotiator quidam erat copiosus: is iam doctus fortunas omnes animæ saluti postponebat, cùm in morbum incidisset, Gasparem accersiuit, ac priusquam confiteretur, in hęc ferè verba, ut refert Gaspar, est præfatus: Ego, mi Pater, sum omnium mortalium nequissimus; nihilominus dum adhuc possum, cupio ex animo saluti meæ consilere. Hactenus nunquam ritè sum

Egregia mercatoris conuersio. confessus; in parata pecunia tria millia pardaorum possideo, quæ ecce ad pedes tuos abiicio: insuper aliæ sunt opes meæ & magnæ; nauis item. vitæ status est iste & iste. Hac omnia mea, sed & corpus meum & vitam hanc in tuas manus trado, & in bilance constituo; animam porrò

meam

meam ex altera lancis parte statuo:
te itaque in nomine Domini rogo
& obtestor, ut quidquid saluti meæ
iudicaueris cōuenire, id facias abs-
que ullo doloris sensu, vel cuiusli-
bet rei habita ratione. Quòd si quid
ad salutem meam defuerit, ego ex
tua parte deesse protestor: nihil e-
nim, ad me quod attinet, est quod
excludam. Ita ille; animi verè con-
triti exemplar. Neque hunc solum
eiusmodi fuisse putas; Gaspar ait
multos eosque ditissimos extitisse,
qui eadem propè verborum formu-
la vterentur. Neque verbis erant li-
beraliores quam rebus; sæpe unus
atque idem octingentos, aliis sex-
centos pardaos plus minusve vnica
restitutione possessori refundebat.
Plerumque antequam ad expianda
crimina accederent, ad Gasparem
cum ingentibus rationum suarum
voluminibus veniebant, ut quid-
quid incurrisset dubietatis enoda-
ret. Alius fuit, cui nō sufficeret ma-
le parta restituere, nisi etiam de ce-
tero fortunas omnes suas & om-
nem

nem negotiationem è Gasparis arbitratu disponeret. Is ad eum accessit, ac interposita diuini nominis auctoritate obtestatus est, ut post-hac familiæ, coniugis, filiorum, fortunarum administrationē susciperet; cui cū suauiter arrisisset, Atqui, pergit ille, testor Deum, æternā perniciem meam, Pater, si fortè ita contigerit, tuam fore: atque ita necessariò Gaspar expiatis sacra confessione omnibus, & auditis ante partorum rationibus, negotiandi posthac & viuendi rationem præscripsit. Et in his omnibus nihilo minus Gaspar (quod est difficillimum) nominis sui integritatem ab omni etiam suspicione vindicanit. Quāta porrò fuerit fidei eius & contemptus opum opinio, non alias magis patuit, quām cūm à primarijs rogatus est, uti ærarij regij cluem alteram cum præfecti clave communem susciperet: quam rem ille sanè velut ab instituto alienam, & ut ipse dicebat, vilem nimis & abiectam constanter à se reiecit.

Sustu-

Sustulit quoque quam aperuit im-
piorum hominum fraudem. Ij ne
mali viderentur, ad Gasparem quo-
que ventitabant, contractuum suo-
rum tabulas examinandas ostende-
bant; sed ne vſura pateret, ita con-
cinnabant, vt mutuum vnā cum lu-
cro mutui coniungerent: efficie-
bant enim, vt qui mutuo indige-
bant, coram Notario publico tan-
tum se debere testarentur, quan-
tum supra capitalem ſummarum in-
ter vtrumque conuenerat. sed ea
res cùm Gasparem diu latere non
poſſet, pro concione in eam inue-
ctus Notarios quoque ipſos vt par-
ticipes iniusti lucri & fenoris ac-
cusauit: fatis fuit ad emendationem
fraudem aperuiffe; iam enim Gas-
par à ſua concione omnia impetra-
bat. Verùm antequam ex hac mate-
ria diſcedamus, ſupererat contra-
ctus vnuſ nefarius, & ſæpè ſacris le-
gibꝫ etiam interpoſito anathemate
interdictus. Is erat ſulphuris, armo-
rum, & id genus rerum cum Turcis
& alijs fidei hostibus commercium,

vulgꝫ

vulgò id ne in criminè quidem habebatur, Bullæ cœnæ Domini vel ignoratione vel contemptu. Itaque in ea quam de avaritiæ partibus habebat sacra lectione, & passim in concionibus acerrimè in illud nefarium commercium verba facere cœpit. fructus fuit, qui solebat: multi poenitentię Sacramento ipsi Deo, restitutione proximo satisfecerūt. At verò quoniam eiusmodi sceleris reos vel in corpore vel in ære luere sacræ leges iubent, & res difficultatem haberet maiorem, quam plerique ignari Sacerdotes à quouis criminè absoluentes existimarent: Episcopum Goanum super hac re consuluit, qui potestatem suam omnem cum eo iterum communicando, amplum & virtuti & prudentiæ peribuit testimonium, id se ratum habeturum professus, quod ad animarū salutem, & Canonum obseruantiam Gaspari accommodum videtur.

CAPUT

CAPVT VIII.

Inueterata odia tollit.

ATQVE ita euulsa tūc est Ar-
muziæ radix malorū omniū,
cupiditas, è qua s̄epe prodire
solet alius quoque pestilens dissen-
sionis odijque truncus, qui ferè so-
let ex aliquo nobis illato damno,
vel damni opinione proficiisci. Vn-
de aureo illo Ecclesiæ nascentis ex-
ordio, cùm cupiditas apud fideles
maioris non esset, quām vt ad Apo-
stolorum pedes abiijceretur, nec es-
set Meum ac Tuum: tum etiam in o-
mnibus verò amore benevolētiaq;
coniunctis non erat nisi cor vnum
& anima vna. Hodie autem ferè
quod in cordibus incensis cupiditi-
ate gestatur, manus ferro, odio pe-
ctus mortalium armat. Itaque cùm
Deus Opt. Max. ita potenter sui ser-
ui opera cupiditatis ignem Armu-
ziæ præfocasset, voluit quoque ean-
dem ad pacem concordiamque re-
uocare, finem litigijs imponendo,
præcidendo rixas, iniurias condo-

G

nan-

nando, dissentientibus inter se conciliandis; & hoc ferè luce palam, sub finem doctrinæ Christianæ, sub exitum concionis pro foribus ædis sacræ; idque tanto saepe sensu, ut manantibus utrimque lacrymis, genibus positis, alter ab altero veni peteret, dexteram daret, rueret in mutuos amplexus. Ea res infinita esset ac etiam tædiosa sui similitudinæ, si in singulis hæreremus. Trium tantum commemorabo, quibus in psa Dei manus prodigiose interuenit.

Fuit unus aliquis ex ijs, qui militiæ præerant, vir nobilis quidem sagine, sed idem parum peritus, quo vera nobilitas sita esset, quam ipse totam in animi peruicacia, viscendique nec unquam quidquam tolerandi parcendive volūtate sustinebat. Idem nihilominus cetera ita molestus erat, vix ut reperiri potesta vel arce vel urbe posset, cui non iniurias debueret; quas cum tolleret, satisfaciendo nollet, læsi vindicta res suas repetebant. Itaque horribilis

bant eum cuncti, multi etiam per-
sequebantur. Cum eo multum suda-
uerat Gaspar, sed incassum: quieta
ciuitas erat quando aberat; eo re-
uerso armabatur vniuersa. Hoc die
quodam cum ita contigisset, *Quis Optat*
mihi dabit, ait Pater, tangat hunc *morbum*
iusta Dei manus vehementi aliqua *corporis*
egritudine, ut mansuefiat atque ani-*Gaspar.*
mus curetur? Mira res! vix dum be-*ut ani-*
ne protulerat, sed solum optarat, cum *mome-*
eodem temporis momento, quod *deatur,*
fuit obseruatum, absentem illum *Deusque*
maligna febris inuadit, & breui eum *annuit.*
insolito astu in eas rededit angu-
stias, nihil ut aliud clamans vrge-
ret; quam Patrem ad se vocari, ne si-
ne confessionis Sacramento more-
retur. Accurrit Pater, hominem pa-
rat, confitenti aures dat; ille vero se
Patri totum suasque res permittit
vniuersas. Cessauit deinde febris,
facile accessu discessuque ostendens, & a quo, & quorsum esset
immissa. Ergo Pater hominem ma-
nu prehensum est lupo iam ouem
tota vrbe volentem circumducit,

G 2 veni-

veniam palam petentem, & pacem
inimicis offerentem: quorum aliqui
eo ipso tempore ab ijs reperti sunt
sclopetis, ut vocant, armati, ac sine
dubio displosuri, si forte intra ia-
ctum peruenisset. At tanta fuit vis
vel in Gasparis auctoritate, vel in
abiectione demissioneque suppli-
cis, ut ne vel unus exstiterit, qui no
in vicos exsilioerit, passis vlnis sup-
plicem excepturus, & ei lachrymas
gratulaturus, cuius sanguinem mo-
do sitiebat. Itaque in posteru solus
& inermis, qui non satis tutus era
antem cum socijs atque armis, tot
passim vrbe incedebat. Sed alter
caro constitit sua peruicacia, nec
secura fuit illa eius qualis poenite-
tia: in magno tamen Dei beneficj
reponendum, quod omnino negati-
no fuerit, prout tam dira contum-
cia merebatur.

Non minus erat arrogans & fi-
rus ac iste, de quo dictum; quem ei
iam similiter subita afflixit ægriti-
do tantorum flagitorum sumptu-
vindictam. Gaspar, ubi audiuit, gna-

rus captare tempora, ad eum adit *Odium*
 exploraturus an ab ægro posset *deponere*
 quod à sano non potuerat impetra-*nolenti*
 re, vt nempe in gratiam rediret cum *prædict*
 inimicis. Itaq; officij hominem sui *Gaspar*
 monere, commoda & incommoda *serā pœ-*
 vtrimeque comparare, Christi exē-*nitentia.*
 plum proponere, cui iam moritu-
 ro nihil erat antiquius, quām vt in-
 terfectores suos, quantum ex sua
 parte poterat, Patri cōciliaret; me-
 minisset venisse iam horam, in qua
 contractus tales à quolibet sine dā-
 no cum fructu etiam ineantur; odiū
 itaque dæmonis proprium in eam
 pacem, quam Christus in mundum
 intulit, commutaret. Qui aderant
 cum Gaspare, lacrymari vniuersi,
 cupere aliquid esse sibi quod con-
 donarent: solus ille superbus &
 contumax ardere magis iracundia
 quām febre. Facebat, inclamat, quē
 neque videre possum, neque audire
 volo, addiditque tot actantas blas-
 phemias, vt ad eas scribendas cala-
 mus perhorrescat, quas impio illo
 epiphonemate cōcludens ait: Nol-

G 3 le se

le se nisi vltum, cælum ingredi, neque veniam à Deo suorum criminum impetrare velle, si eam necessitate iniuriarum condonatione comparare. Non tulit vltre Pater impudentiam, sed iam velut entheatus, ac publicus diuinæ iustitiae minister, sic est vaticinatus: Ita sit omnino, ut dixisti; atqui sciro certò, te antequam crastinus ad meridiem protrahatur, sæpius quām quinies cui confitearis, inclamaturum, neque tamen iusto Dei iudicio habeturum; ac deinde hominem tam acerba denuntiatione nihilo meliorem deserens egreditur. Dies sequens eluxit, & prædictioni fecit fidem. nondum enim præfixa hora aduenerat, cùm miser eò iam ingrauescente morbo deuenit, ut cùm morte luctaretur: quare ad se rediens, cùm sæpe Patrem inclamaret, neque is vel alias quispiam Sacerdos ad manum esset, antè exspirauit, quām adesse potuerit. Habita res ab omnibus fuit supra naturam, ut illa quoq; quam iam referemus.

Lust.

AEI
i, nè-
rimi-
ecessé
com-
impu-
eatus,
mini-
it om-
rtò, te
idiem
guinies
m, ne-
habí-
n tam
lo me-
. Dies
oni se-
oræfixa
eò iam
uit, vt
e ad se
clama-
am Sa-
exspi-
Habita-
turam,
remus.
Lusi-

Lusitanus erat vir in paucis po-
tens, sed idem ita ferox & crudelis,
vt auctoritate sua oppimeret vni-
uersos; verus tyrannus, quem pro-
inde oderant ad vnum omnes, &
liberrimè de publica eius animi
impotentia obloquebantur. Mul- *Obdura-*
tum operæ posuerat Pater, vt eum *tum pre-*
vitiorum cœno educeret: sed haud *cibus suis*
paullo in Patrem quàm in cete- *ad pœni-*
ros mitior, tantam monitus con- *tentiam*
cepit indignationem, vt se publi- *adducie*
cum seruique Dei iuratum hostem
profiteretur. quæcumque ille ge-
neratim vitia carperet, sua priua-
tim carpi criminabatur: quod ijs
est proprium, qui vel ipsa teste con-
scientia se priùs ipsos, quàm ipsi
qui verba faciunt produnt atque
damnant. Eam porrò ille inibat
viam, vt veram iustumque scelerum
suorum reprehensionem posset,
velut à priuata similitate ortam,
criminari. Sed non potuerunt hi
odiorum torrentes Gasparis in
eum extinguere caritatem; sicut
è contrario Patris in eum officia

amoris vel scintillam excitare: sed
vicissim vincebat Pater in bono
malum, ille in malo bonum. Et ta-
men, quod satis Gaspar aduertebat,
permagni referebat illum hominē
conuerti. Itaque ab homine ad Deū
conuersus sperauit, se citius posse
diuinam in impium iram, quām ho-
minis in se odium placare. Mutato
igitur consilio, acres eius causa sus-
cipere pœnitentias, flagellationes,
ieiunia, cilicia, noctes in oratione
peruigili traducere, sanctissimum
Missæ sacrificium pro eo offerre,
in horas singulas ad Dominum sa-
pius eius causa exclamare, ut quo-
niam ipse bonitas ac pulchritudo
esset immensa, ab ea se anima face-
ret amari, quæ, ut erat cæca, tantam
detestari non cessaret. Nouem totos
dies hanc rationem tenet, quibus
expletis, durus ille admirabili rati-
one, non pro suis meritis, sed Gas-
paris honore, benignè à Deo cst e-
mollitus. In lectulo quiescens, sub
secundam à media nocte horam an-
paret. te se Gasparem ipsum vidit, cùm ta-
men

*Gaspard
Angelo
comita-
tus decū-
benti ap-
paret.*

E I
e: sed
bono
Et ta-
ebat,
ominé
d Deū
posse
m ho-
luitato
fa sus-
iones,
atione
simum
fferre,
im fa-
t quo-
ritudo
a face-
antam
n totos
quibus
li rati-
d Gas-
est e-
ns, sub
am an-
rūm ta-
men

LIB. II. CAP. VIII. 153

men ianuas omnes clausas esse con-
staret; vidit item & ita splenden-
tem, & suauissimum manibus præ-
sertim ac vultu odorem spirantem,
ut lumine & odoris suauitate tota
domus repleretur: vnde facile ap-
parebit aliquid esse diuinum. Ade-
rat quoque species alia ad Gasparis
latus, quæ nescio quem referebat;
vero simile est Angelum vel homi-
nis vel Gasparis fuisse tutelarem,
qui sic eum est affatus: Quid agis
peccator? quid moliris? quorsum
Gasparem tantoperè horres, ac du-
bitas illi animæ tuæ salutem com-
mittere? an non vides, quanto eum
decore Deus ornatuerit. Euigilaue-
rat iam nobilis, ac sibi bene præsens
erat; itaque cum se, visis auditisque
permotum, in eius amplexus pro-
moueret, subito disparuit, nec ma-
nus aut oculos magis, quam cor iam
exultatione gestiens, est frustratus.
Mansit tamen, qui iam locutus erat,
atque ita sermonem prosequens
eum consolatur: Ne credas Patrem
ita fugere, vt ipsum hactenus tu-

G 5 ipse

ipse fugisti; hac enim ipsa hora se ad sacrificandum in nosocomio infirmis parat, ibi enim es prima luce reperturus. atque ita hic quoque ex oculis abiit. Reliquam ergo noctem ille in continuis fletibus, & eius videndi desiderio, quem aliquando tantoperè exhorruerat, consumpsit. Missam manè nondum perfecerat, cum eum nuncius ab amico iam suo exspectabat, rogaturus ut sui percupidum accederet. Gaudio perfusus Gaspar è vestigio adit: quem ut vidit, vocem extulit, abiecit se ad pedes, multa animi rite contriti edens argumenta. Post hæc confessionem de tota vita instituit; ea de causa aliquot se dies remotis arbitris colligens, quibus peccatorum consideratione aptisque commentationibus è Gasparis prescripto ita profecit, ut iam modestia, suauitas, patientia, zelus diuinæ gloriæ, ceteræque virtutes eum ignotum, quia sibi dissimilem, redderent; sed in caritate potissimum in pauperes misericordiaque excel-

excelluit, quibus paucis diebus supra quinque aureorum millia distribuit. Multa alia præterea eidem cum Patre admirabilia intercesserunt (ut ait Gaspar, rem velut de alio modestiæ causa narrans, ut alibi sum dictus) quæ, ne quis esset aperiretur, reticebat: sed tamen, inquit, scientur aliquando. Ea sint alicui nota necne, hactenus mihi est incòperteum; quæ comperta fuerunt, cù omni fide narrai.

CAPVT IX.

Militaris insolentia pietatem Armuzianam interturbat.

ITA Deus Opt. Max. ope Gasparis Armuzianam pietatem promouebat. sed neque humani generis hostis licet toties iam victus sibi defuit, quem ideò sœuire tantisper permisit Deus, ut tanto ignoriosius deinde fugaretur. Indiæ Prorex Garcia de Saa Armuziam in hiberna ducétos milites amadarat; sed illi præsidio Satanæ, nō ciuitati

136 VITAE CASP. BARZAEI

fuerunt. Mirum, quātum sancti mo-
res ciuitatis, populiq; pietas ex eo-
rum aduentu cōperit detrimentū.
Adiunxerunt se isti, vt facile fit, cū
alijs, qui eadem in insula hiberna-
bant. Et ecce tibi mox contumeliaz,
rixæ, prouocationes, velut ab infe-
ris excitatæ, summo impetu surre-
xerunt; ludus item, & cum eo iurā-
di peierandi que consuetudo; libido
quoque, ac vſuræ, & ceteræ pestes
ciuitatis. Interim supplicantum
cohortes rarefieri in facris ædibus,
æstu iam confluentium sese remit-
tente, aperiri vada, ipsa sacramen-
torum frequentia iam infrequen-
tior esse cœpit. Denique rursum
Orci legebatur am miserè fluctuans
insula, à qua suavis gratiæ Zephy-
rus & S. Spiritus flatus, tanta eam
benignitate remouerant. Gaspar in-
terim zelo ardere, pro concione to-
nare, non die, non nocte somnum
capere, arguere, obsecrare, increpa-
re cum omni patientia & doctrina,
in oratione crescere, in seipsum
propè sœuire, & suorū vires ab ora-
tio-

tione & poenitentia in auxilium
adsciscere: sed quantum ille vna
hebdomada summa ope perfecerat,
tantum ope suorum dæmon hora
vna destruebat. Conatus est apud
Præfectum Emanuelem de lima, vt
eos è ciuitate velut pacis & quietis
publicæ perturbatores exturbaret:
sed maioris mali seditionisque me-
tus, istud quoque consilium detur-
banit. Ad extremum, vt grauibus
malis grauia sunt quoque adhibēda
remedia, consilium hoc à necessita-
te mutuatur.

Consulto ad populum de vero in
proximos amore verba facit, decla-
rat quanto hic amor nos astringat
magis, uti proximo spiritualia salu-
tis æternæ quam temporalia fortu-
narum, honoris, ac etiam vitæ bona
procuremus; vnde licetum imò san-
ctum esse, nonnunquam optare & à
Deo petere, vt harum rerum iaetu-
ram aliquam faciant, siquidem ad
bonorum spiritualium possessio-
nem adeundam ita necessarium esse
videretur. Vbi demum satis hanc

G 7 mate-

Militibus flagitiōsis tempora-
le malū à Deo flagitat Gasspar,
& exau-
ditur.

materiam grauibus sententijs, exemplis, sacrarum literarum testimonijs confirmasset, magno animi ardore ac impetu Deum ipsum apostrophe aggressus, sāpius illud propheticum iterabat; Imple facies eorum ignominia, & quārent nō men tuum Domine: lacrymisq; perfusus diuinam iustitiam sed magis misericordiam identidem implorabat, vti eas animas quā tanta pertinacia se cæterosq; perditum ibant, omniemque in medendo suavitatem respuebant, pharmacis curare acrioribus, secare, truncare, ea potissimum in parte, qua maximus cuique doloris erat sensus, dignaretur, siue ad honorē ac famam, aut fortunas, imò & ad ipsum corpus attineret; infamando, deprauando, amputando, mutilando, maectando, si ita illorum saluti expediret. hac enim ratione sese insipientes sine oculis aut manibus ingredi cœlum forsitan posse; quod certè melius foret, quām sanos & integros in tātara demergi. Mira erat in ipsa cōcione,

& ea-

& eadem propè quæ in oratore animorum commotio; frequens eam totius oris colorisque mutatio prodebat: sed nihil eos ita consternauit, quam cùm in peroratione summo animi sensu rogantem eum audierunt, vti ex vero in proximū amore zeloque, cum magna attentione & intensione, ter orationem Dominicam & Salutationem Angelicam in eum finem recitarent, vt has meritis, aut qui opus haberent poemas & alias temporales quilibet ad animi salutem impetrarent.

CAPUT X.

Militum insolentia repressa & acriter à Deo punita.

NECE vana fuerunt concionatoris vota, vel cōcōnōis processus breui in oculis toti' insulæ Deus hæc piorum vota suo calculo cōprobauit. Moniamum arx erat in continentis Perfidis Armuzianæ ditionis: eam arcē Saraceni, qui in præsidio erāt, hosti subitō nemine vel suspicante tradiderant. Perfidia

dia Regi Armuziano tanta, grauis
 admodum & acerba fuit; suorum
 ergo 5000. armat, Lusitanos quoque
 auxiliares ex foedere à Præfecto pe-
 tit, & 400. impetrat, quo in numero
 ducenti illi Armuzianæ pietatis e-
 uersores extiterunt; reliqui nihilo
 meliores. Huic expeditioni pro Lu-
 sitanis præfectus est Pantaleon de
 Saa, qui ad Patrem valedicturus, &
 felicem appreciationem accepturus
 cùm venisset, antequam insula sol-
 ueret, ab eo accepit infelices illos
 quidem, sed meritos huius belli e-
 uentus. Nam antiquis suis sceleri-
 bus hoc quoque addiderunt, vt cùm
 Gaspar summo conatu pe-
 naretur, vt saltem cum Deo in gra-
 tiam redirent, salutari pœnitentia
 expiati, qui pugnaturi, imò mori-
 turi discedebant, viginti ex ijs non
 plures dicto audientes fuerunt; ce-
 teri hæc sancta paternaque Gaspa-
 ris monita risu & iocis exceperunt,
 ac si ex eorum essent fæce, de quibus
 Isaias: percussimus foedus cū mor-
 te, & cum inferno fecimus pactum:
 flagel-

Prædict
 belli euē-
 rū Gaf-
 par.

flagellum inundans cum transferit,
non veniet super nos, quia posuimus
mendacium spem nostram, & men-
dacio protecti sumus. In Persiam i-
taque venerunt; arcem cinxerunt,
tormentis quassarunt, impetum fe-
cerunt, sed ita infeliciter, ut ab arce
citius se subducerent quam veni-
sent. Nonnulli tamen in poenam fla-
gitiorum occubuerunt, centum vul-
nerati, cæteri pudore & ignominia
pleni redierunt. Mors deinde diu-
næ iustitiae ministra in castra subiit,
& repente multi pestifera lue cor-
repti; ex ijs ad 50. perierunt. Face-
bant ab omnibus omnes destituti
auxilio & solatio viui, mortui fe-
pultura. & hæc pestis improbos il-
los dumtaxat inuasit, Saracenorum
qui plures multò erant, neminem;
ne quis vindictam esse diuinam du-
bitaret. Itaque iam sero sapientes
Gasparem inclamare, sani metu im-
peditis, ægri etiam sensu præsen-
tis mali cœperunt, quorum vicem
miseratus Præfectus Pantaleon ad
Gasparem flebiliter scribit, neces-
sita-

AEI
gravis
orum
ioque
to pe-
mero
itis e-
iihilo
o Lu-
on de
us, &
oturus
a sol-
illos
elli e-
eleri-
t cùm
re co-
1 gra-
tentia
mori-
s non
it; ce-
Gaspa-
erunt,
quibus
imor-
etum:
fagel-

sitatem explicat, auxilium postular.

Eæ litteræ mirum quam Gaspari acerbè fuerint, non tam mali commiseratione, quod ipse ad salutem animorum videri poterat accersisse, quam quod per Xauerium, ut antè dixi, non licebat ei subuenire. neque enim extra insulam pèdem ferre toto triennio poterat. Itaque amicissimè respondens eos ad redditum inuitabat, experturos quam non subterfugeret laborem; sed insula excedere præcipiētum auctoritate vetari. Interim missi sunt alij 200. in auxilium, qui cùm eo venissent, atque extentam adhuc Domini manum vidissent, retrò arce certis inducijs deserta Armuziam redierūt. Ea in obsidione mirabilia multa contigerunt, ac in primis subita mors blasphemis scortatoris, quam suprà retulimus.

In redditu verò omitti non potest editum in militem diuinæ benignitatis exemplum. Hic in medio cohortis prauæ pietatem colebat, animum-

mumqne in bellum profecturus,
quod frequenter faciebat, expiarat;
ad hæc Beatæ Virginis pensum ho-
rariū recitare consueuerat. Nec ta-
men communis propè omnibus
lues cum exemit; leuius tamen æ-
grotabat. Itaque in equo rediens,
vel itineris labore, vel ingrauescé-
te morbo à sensibus alienatus, subi-
toque deficiens ex equo cecidit, ne-
mine aduertente; sibi deinde reddi-
tus frustra socios equumque re-
quirit; perrexit tamen, atque illos
post triduū est affecutus. Vrgebatur
interea fame, periculis omnia erant
plena: Ergo B. Virginem patronam
precibus aduocat. Et ecce nō modo
in Saracenorū terris latrocinij se-
quentibus infestis non adiit discri-
men, sed etiā remedium plane pro-
digiosum famis inuenit. Siquidem
in palmetum deueniens (cū ta-
men constaret toto illo tractu &
procul palmam nullam reperiri)
palmam conscendit, dactylis &
ventrem, & prouidus in futurum,
etiam sinum repleuit. Inde cū de-

scen-

Miles B.
Virg de-
uot⁹ pal-
metum
dinini-
tus in
fame in-
uenit.

scendisset, in Saracenum incidit, à quo, vbinam essent Franques, per-
cunctatus, (ita enim illi Christianos
appellant, ex eo fortè tempore, quo
Ludouico Rege Francorum & alijs
terram sanctam recuperaturis, in
vicinis terris diu constiterunt) mox
de ijs edoctus, tertio die ad ceteros
incolumis peruenit. Stupuere tam
inuisitata diuinæ benigitatis de-
monstratione vniuersi, & cum mi-
lite pietatis in se Matremque suam
remuneratorem Deū collaudarunt.
Enim uero quām ea esset rara in vi-
ro præsentim militari, docuit ad
suos redeuntes querimonia, qua o-
missum horarum pensum Beatæ
virgini persolui solitum conquisito
ad id libro ante omnia deplorabat.
Verūm ad ceteros reuertamur. Sta-
bant tū in arce quadā Armuziæ vi-
cina vniuersi, quā & breui proinde
tenuerūt, tamē alij ab ijs qui disces-
ferant, qualesq; eos optauerat Gas-
par. nā præter vnam confessionem
vnū Gasparē inclamabant nihil. Il-
le verò in littore cū suis eos iamdiu
expe-

exspectabat, ut suis vlnis paren^s improbos filios in nosocomia af- portaret. Hoc sedulò primum ab eo comitibusque curatum; inde phar- maca, cibi, aliaque emendicata: sed animorum tamen quam corporum cura fuit antiquior. Quapropter in- digenas omnes Sacerdotes iin auxi- lium euocat, satis gnarus, se in ex- tremo multorum discrimine vnum sufficere non posse vniuersis. Sed tanta fuit poenitentium in Gaspa- rem, atque adeò nimia pietas, nulli ut eorum persuaderi potuerit, pec- cata ut alteri aperiret; atque in eo tam erant obstinati, ac si omnes in vnum conspirassent. Incredibilis fuit hæc & inopina Gaspari affli- ctio, quod cum se illinc ploranti- bus, illinc confessionem inclaman- tibus, illinc exspirantibus cinctum videret, quanquam omnes æquali caritate complecteretur, non æquè omnibus poterat auxiliari. Itaque explicare cœpit parem esse in hæc extrema necessitate Sacerdotum omnium potestatem; debere quem- que

que studiosè operam dare, ne cum sua graui culpa Confessionis instituendæ occasionem eo in discrimine amitteret. Sed incassum. omnes vno ore asseruerunt, se absque confessione morituros potius, quam alteri à Gaspare animorum suorum latebras & noxas aperiant. Et apparuit hoc quoque fuisse vel diuini furoris telum, vel nouam dæmonis fraudem, vel vtrumque, vt indigni fortasse venia, nonnulli absque spe veniæ morerentur. Et sanè ita contigit. nonnulli enim magno Gasparis luctu prius expirarunt, quam se expiarent. Ita seueriora nonnunquam iudicia exercet Deus, vt qui noluit cum potuit, cum voluerit, non possit salutis remedia adipisci.

Ea res nihilominus aliquos è Sacerdotibus, sed quam iniquè, quiis iudicet, in Gasparē commouit: ille verò nihil i rumusculos faciens, op' solus aggressus, quo potuit pacto & ordine infinitum laborem coepit exhaire. Confiteri de vniuersi vita volebant, aut etiam debebant

ple

plerique; socius cœli Armuziani,
cuius causa iam ter vitæ periculum
adierat, impatiens, Goam incom-
modo maximè tempore dimissus
fuerat; omnia ergò vñus obire co-
gebatur, quod accurate perficere
plurimi vix potuissent. Alij enim ad
mortē salutari Sacramento expian-
di erant; alij eodem tempore in ip-
sa morte Gasparis verbis excitandi,
aut salutari vñctione ad diram lu-
ctam cum morte & dæmone cōpa-
randi. Nēque is nihil eo tempore, *Gaspar*
quo erat in Gasparē odio, tentauit. *per phre-*
Nam tot è fauibus, illius ope sibi *ncticum*
eripi non ferens prædas, *per phre-*
ncticum quempiam hostem suum *dæmon*
perdere cogitauit. Siquidem cū ex *conatur*
illius manu nescio vnde arreptum
gladium, quo se tollere parabat, cū *suffocare*.
alijs aliquot extorsisset Gaspar, sibi
mortem quā ab illo auerterat, pro-
pè consciuit. Etenim conuerso in
Gasparem furore, ita prehensō
strinxit fauces, vt absq; diuino &
adstātum auxilio de vita eius esset
conclamatū. Eo magis recēti bene-
ficio

ficio incitatus Gaspar, nocturnis & diurnis horis, laborem vrget; his aures, linguam illis, manus denique alijs & operam accommodans. atq; ita mensem vnum diuinis solatijs recreatus exegit.

Hilce rebus diuinæ, Gasparisque gloriæ magna accessio facta est, cū præter ea quæ iam commemorauimus, alijs adhuc prodigijs cælestibus gesta eius illustriora euaserint; quibus effectum, vt spe deuorata præda è tartareis faucibus in salutem benè multa eriperetur. Sæpè ibi inter confitendum ægri, cum animi sanitatem morbis corporis de pulsis, etiam corporum obtinebant; quare & pietas in pristinum statum cum fenore reuocata.

*Arx re-
cupera-
tur pre-
cibus à
Gaspare
institu-
ris et sup-
plicatio-
ne.*

Sed reliqua erat arcis amissæ cura, quæ animos omnium coquebat etiam Gasparis. Ergò cum probè sciret, hæc omnia sceleribus nostris non hostium viribus accepta referenda, vbi ad ægitorum animis corporibusque curandis respirauit, statuit ipse quoque cum suis in aciem pro-

*Mira-
cula.*

prodire, & non cum Persis, sed cum ipso cælo, vnde victoria sperari poterat, configere. Quapropter pias in vicinum ciuitati (dimidia ferè leuca aberat) Deiparae facellū supplicantium cohortes educit. Clerus populusque nudis pedibus incedere, multi etiam acriter in seipso flagellis fæuire, vniuersi clamoribus & lachrymis diuinam misericordiam implorare. Ea sub noctem instituta, in medium ferè noctem producebantur. Nam ibi Gaspar tāto audientium sensu verba faciebat, vt aliquando contigerit, dimidiæ horæ spatio collacrymantium omnium vnam in cælum tolli vocem: Domine Deus, misericordia. Nec surdus ad has voces fuit Dominus. Sub idem ferè tempus, quo hæc fiebant, breui fama Armuziam venit, arcis sine sanguine æquis legibus redditæ, & agnouerunt vniuersi, homines hominibus, cū illi Deo perfidi vel fidi fuerint, fidem violare vel seruare. Cetera cum Christianis piè vel admirabiliter gesta, in

H

finem

170 VITAE GASP. BARZAEI

finem huius libri, tum quod cum his nonnulla communia, tum quod sub discessum eius Armuziā contigerunt, coniecimus.

CAPUT IX.

Quid cum Hæreticis, Schismaticis, Apostatisq; perfecerit.

VENIAMVS iam ad eos, qui fide sunt propiores, quanquam impietate fortassè ceteris omnibus superiores. Ij sunt Schismatici atque hæretici, & impij defertores. Erant Armuziæ ex Schismaticis isti ferè: ex Africa Abyssini; ex Asia Armenij & Georgian; ex Europa Græci, Moscouitæ. Ex hæreticis Europæi non pauci, Germani, R.ssi, Poloni, Hungari, & si quos alios infelix pertinacia longius à veritate, quam inexplibilis cupiditas à patria proscripterat. Nonnulli etiam erant, quos sua fortuna varijs ludens casibus in Persiā Turciāq; aduexerat. Ac in Perside quidē, quoniam qui ibi sunt Christiani, non minus quam Turcæ decimūm

num quemque filiorum tributi nomine persoluunt, multi erant è Christianis oriundi, multique Ar-
muziæ pro seruitijs vendebantur, quos Gaspar Ecclesiæ cōciliabat, & Goam ad D. Pauli Collegiū, si quidē
ire vellent, submittebat; si vero, efficiebat, ut Christiani quod esset, libertate donarentur. Cum horum
similib⁹, quos Turcæ Ianiseros vo-
cant, eodem modo se gerebat; cum
Abyssinis porro paullò aliter. Nā
illos, quia baptismus eorum non sa-
tis tutus videbatur, baptizabat; Ar-
menij quoque non deerant semi-
Turcæ scimi-Christiani, quibus hoc
sollemne, ut viuant illius in quam
forte venerint regionis ritu. Mag-
nam tamen vitæ austeritatē colebant,
ut adhuc antiquorum illorū asperi-
tatem ad posteros usque transmis-
sam exhiberent. Ex ijs multos ad
Ecclesiam salutemque reuocabat,
coruictis primum erroribus & cō-
futatis; nec nullos Apostatas Italos
aut Græcos ex Turcia transfugas
ad Ecclesiæ castra & verum ani-

marum Ducem ac Pastorem reduxit, in quibus Genuensem, quia eiurata fide sub Turcarum Imperatore meruerat. Hic Deo miserante resipiscens, Armuziam Gasparis causa excitus venit, & fortunarum omnium fecit iacturam, ne anima suæ detrimentum pateretur. Ergo à Gaspare benignè exceptus, deinde Goam ut Ecclesiæ redderetur, dimissus.

Hæreticos si quos fortè nancisceretur, ea potissimum ratione fidei naufragio eripiebat. Amicè domi exceptos & humanitate deuinctos eorum primò emungere errores, argumentis deinde sacra dogmata astruere, in primis vitæ sanctimonia; quò siebat, ut priùs inueteratos

*Gaspars
hæreticos* deponerent errores, quām limine excederent. Et contigit aliquando, *multos* vt septem octo tales simul domi cōuertit. eodem tempore haberet, qui omnes varijs erroribus tenebātur. Hic Pontificem Romanum, ille purgatorium ignem, alij aliud pernegabant: sed tanta fuit Gasparis in ijs

tractandis dexteritas, ut omnes ad fidem fuerint veritatemque traducti. Nec erat solùm in eo præfacta eorum ingenia tractādi peritia, sed mira etiam in ijs deprehendendis sagacitas. Nec abs re erit exemplū commemorasse. Vir quidam Armuziæ copiosus Patre in confessionibus vtebatur; cum eo Gaspar ita prudenter tractabat, ut absoluti-
Prudens
Gasparis.
nem semper aliqua de causa differret: introspiciebat enim in penititoribus animi recessibus errores latere, quos ille rituum Catholicon rum velo occultabat; sed quoniam nulla huius criminis suspicione laborabat, optimum factu decreuit, silentio potius quam interrogationibus ab homine verisimiliter negaturo extorquere veritatem. Prorsus ita euenit. nam ille se inspiciens coepit suspicari, ne quo forte modo Patri suus foetor suboluisset, ac Dei beneficio seipsum tandem damnas, vñā cum peccatis hæresin quoque aperuit & eiurauit; atque ita demum est à Patre absolutus.

Alijs multis quotidiè miraculis
Gasparem, vt vnum aliquem cete-
ris mortalibus maiorē, fama supra
ceteros euehebat. Iam qui à B. Xa-
uerio insula egredi vetitus erat, o-
mnium ore maxima parte Asiae Co-
stantinopolim usque ferebatur; to-
ta Arabia clarissimus, inter Abyssi-
nos iam celebrabatur, quò ille iam-
dudum aspirans, de terra, de mori-
bus, ac ritibus per idoneos homi-
nes inquisierat, & in commentarios
redegerat. In Perside verò vicina;
Babylonia, Carmania ita notus erat
propè, vt Armuziæ: sed ne quid o-
ratoriè videar dixisse (quanquam
quæ dixi, totidem verbis Ludouicus
Froez illorum temporum scriptor
egregius, idem Gasparis in Indianam
comes in epistola quadam ad Lusi-
tanos socios refert) nolo verbis
magis quam rebus fides habeatur,
tria omnino cōmemorabo, quæ hāc
rem copiosè confirmabunt. Ac pri-
mū quantum apud Saracenos no-
men obtinuerit, apparuit, cūm ex
Ammonitis Arabibus ad eum vene-
rint,

rint, qui eū ad gentis illius conuer-
sionem inuitarent: sed de ea legati-
one, cum de Saracenis agemus, di-
cendum.

Altera legatio Constantinopoli Consti-
tinepolis
ad eum
mittitur
Cleri-
stianus
instar
legati.
tanto terrarum interuallo missa.
Christianus quidam à Christianis
eius loci ad Gasparem veniebat cū
litteris solūm, vt is deinde ad suos
rediens, se Gasparem, de quo tanta
audierat vidisse testaretur, & com-
perta de eo referret quæ fama teste
acceperant. Venit is feliciter Baco-
ram usque, arcem Lusitanorum, quā
eo tempore Rumes occuparant. Ibi
ab ijs comprehensus ex litteris et-
iam quorsum iret est deprehensus:
itaque custodiæ est mancipatus, è
qua nihilominus data aliqua op-
portunitate ad Gasparem scripsit,
venisse se ab ipsa Constantinopoli-
tana ciuitate à Christianis missum,
eius solūm videndi causa; sed hīc in
custodia parum æquo animo subsi-
stere. Respondit amicissimè Gas-
par, hominem consolatus: quod ut
senserunt Rumes, eum Armuziā

aliquid literarum accepisse, non tulere, & hominem capite multarunt; ea deinde recepta arce Praefectus hominis caput ad Gasparem misit, ut eum saltem videret, à quo post tot labores videri non potuerat.

Apostata ad fidem redire cupiens martyrio afficitur.

Alterum satis quidem simile est, sed tamen ex loco & alijs multis arguitur esse planè diuersum. Ex ijs quos post eiuratam fidem Ecclesie Catholicæ restituebat, vni eam rem meditanti funes ceciderunt in præclaris. Etenim cùm redditum ad nos, & à Turcis fugam ad quos transfugerat, adornaret, martyrij certissimam reperit coronam, & scelerata sua sanguine suo eluens, ex Apostata in fidei testem evasit gloriosum. Dicebatur hic Ioannes, Coloniæ Agrippinæ in inferiore Germania natus; & quamuis parentibus ortus esset honestis & copiosis, varijs tamen eum casus in varias regiones attulerant, ac denique in quandam Turcarum ciuitatem, Catifa nomine, quæ est in insula Baharem in Persico sinu, leucis ab Armuzia ferè cen-

AEI
ontu-
tarūt;
fectus
misit,
o post
at.
Ie est,
multis
Ex ijs
clesiæ
n rem
n præ-
d nos,
ansfu-
ertissi-
celera
posta-
osum.
niæ A-
mania
us or-
varij
giones
indam
nomi-
em in
zia fe-
è cen-

rè centum & decem; ibi decennio
toto in vna eiusdem vrbis arce tor-
mentis sulphureoqué puluere con-
ficiendo præfuerat. Eò cùm Gaspa-
ris & Armuzianæ pietatis fama pe-
netrasset, vt non erat difficile ex
emporio illo celeberrimo, Ioannē
illum permouit, vt ad Catholicam
religionem, quod iamdudum opta-
uerat, redditurus Gasparis se fidei
committeret. Sed quoniam hoc ne-
gotium tale erat, vt non sine peri-
culo tertium consciūm admitteret;
mutæ chartæ confidere maluit,
quām cuiusquam fidem periclitari.
E puluere ergo tormentario a-
tramentum facit, quo litteras vnas
linguis tribus ad Patrem exarat,
Flandrica scilicet, Gallica, & Lat-
ina, ignorans Gasparem tres illas
linguas apprimè callere. Literarum
hoc erat argumentum: securitatem
illi ac vitam inter Lusitanos, veniā
quoque delictorum sibi Pater ab
Ecclesia sponderet, extemplo se
Armuziam in matris Ecclesiæ gre-
mium aduolaturum, poenas de suis

H s sce-

sceleribus sumpturum Gasparis arbitratu . Mirum in modum ea epistola Gasparem oblectauit ; quare breuiter simul secretoque respondebat , veniret securus , hac sola sua promissione contentus ; facturum se , ut eum Lusitani hospitio exciperent , lauteque haberent , experturum quoque , quanta suauitate & clemētia mater Ecclesia filios omnes trāsfugas & prodigos excipere soleat pœnitentes . Hæc Patris epistola , casu ne an perfidia latoris , incertum , in manus tamen Præfecti Catifensis hominis Turcæ deuenit ; itaque barbarus Ioannis cōsilia adhibito interprete intellexit . Accersitur Ioānnes , & quem , Christumne an Mahometem colat , rogatur ? illi cōsensit res suas patere . Quare magno animo hilarique vultu ait , non esse fidem legemve aliam , quam Christianorū , in qua possent mortales salutem consequi ; ex ea se vivere , mori quoque velle , ac paratum esse pro ea tuenda veritate , atrocissima queque subire tormenta ; vi-

ta; vitam quoque prius ipsam quā
eam deserturum; habere se porrō
Mahometem pro foedissimo mor-
talium impostore, & æternis igni-
bus obnoxios esse, quotquot se eius
asseclas profiterentur; nulla deniq;
refe magis angi, quām quod aliquo
tempore illius sit impietatem se-
ctamque mentitus. His sermonibus
accensi barbari plura p̄arantem in-
terpellarunt, & furentes nullum
genus in eum feritatis omisere; fru-
statim hominem & per otium trū-
care, lacerare, & in hostiæ morem
membratim dissecare aggressi sunt.
Martyr porrō noster animo fidem,
ore I E S V nomen identidem pro-
ferens, constans perstigit, dum elu-
tum Christi & proprio sanguine
spiritum Deo reddidisset. caput
barbari lanceæ infixum pro muro-
rum pinnis exposuerunt. Sed non
diu diuina iustitia tātæ feritatis cō-
tinuit vltionem, nec diuīus passus
est Deus martyre suū debito cultu
& veneratione carere. Nō ita mul-
tò post Armuziam cū classe appulic

H. 6

Anto

180 VITAE GASP. BARZAEI

Antonius Noronha, Proregis è sorore nepos, qui Turcarum fines in Arabica ora perlustrans, cum duobus militum millibus, alijs planè ab illis Monaianis (ex illis quippe nemo fuit, qui non priusquam solueret expiaretur, atque vnius Gasparis opera, ceteris Sacerdotibus ad vnum omnibus ægrotantibus) ingressus Baharem, Catifam simul derepétè est aggressus, ita feliciter, ut venire, videre, vincere vnum imdemque fuerit. In arcis exuuijs inventa est Gasparis ad martyrem Ioan- nem epistola, qua permoti de Ioanne quærentes ab ijs, qui superstites vrbis vastitati remanserant, ea quæ scripsimus omnia cognouerunt. Itaque ipsum caput sacrum pignus à murorum pinnis auulsum non sine veneratione secum Armuziam detulerunt, ciuitasque cum Gaspare vniuersa magno concursu & sollemni cantu, honoris magis, quam sepulturæ causa tota vrbē in triumphi morem circumtulerunt.

CAPV

CAPVT XII.

Cum Iudæis quid egerit.

CVM Iudæis Gasparis conatus plus habuerunt applausus, quām ipse voluisset; fructus, ut in ea perfidia solet, fortasse minus quām optasset: quam ijs nec ille fuit exiguus, nisi fortè si cum reliquo fructu, qui fuit propè incredibilis, comparetur. Fructus vel applausus hinc ferè sumpsit exordium. Primis post aduentum suum mensibus, cùm iam fama notus etiam extra Lusitanos esse cœpisset, ea Dominica, qua SS. Trinitatis angustissimum mysterium Ecclesia Catholica veneratur, de sublimi illo mysterio ad populum verba fecit: vbi postquam Catholicam de ea re doctrinam explicasset, ostēdit quām à veritate longè discesserint, qui hoc mysterium aut ignorarent aut negarent, Gentiles, Saraceni, & Iudæi; & cum singulis proprijs rationibus decertans, potissimum cōtra Iudæos institit, scripturæ testi-

H 7 mo-

monijs vel antiquæ vel nouæ legis
hanc stabiliens veritatem.

Aderant fortè è Iudæis aliqui; vel
ex alio pro concione dicta cognouerunt: mox itaque Gasparem, nec-
dum experti, quantum supra cete-
ros vel doctrina vel sapientia emi-
neret, ausi sunt ad priuatam dispu-
tationem laceffere, vel spe victorie,
vel hominis tentandi causa. Duo e-
rant Rabbini, qui opinione doctri-
næ ceteris præstabant: Ioseph alter,
alter Salomon vocabatur, in Castel-
la natus; vterque in Thalmudicis
cōmentis eruditus: illi ad Gasparem
adeunt, & in his potissimum instite-
runt. Dixerat in his locis Gaspar ve-
stigium inesse SS. Trinitatis: in illo
Heloim, Genes. i. & iterū verbo, fa-
ciamus, quæ numero multitudinis
efferuntur; rursus in illo: Eritis sicut
Dij; & similiter in tergemina voce,
Sanctus. Hæc illi agitare; Gaspar ita
aptè respondere, ut iam eos quæfisse
pœniteret, ad textus suos recurre-
rent, memoriæ, qua tamen scriptu-
rā vniuersam se tenere gloriaban-
tur.

egis
vel
no-
nec-
ete-
mi-
spu-
rię,
oe-
tri-
ter,
tel-
icis
rem
ite-
ve-
illo
fa-
inis
icut
oce,
ita
fisse
re-
tu-
an-
ur.
tur, diffidentes: sed cum nihilò plus
præsidij in scriptis, quām in memo-
ria reperissent, ita discesserunt, ut a-
pertè se victos faterentur:

Eius disputationis, quoniam e-
rat seniorū populi auctoritate sus-
cepta, ratiōem eos palām in sua Sy-
nagoga reddere oportebat. Itaque
fabbatho proximo palām interro-
garunt, concertationis cum Chri-
stianorum Doctore quis fuisset euē-
tus? mira fuit, & veritate cogente
publica confessio veritatis. Rabbi
Salomon, vt erat & habebatur eru-
ditior, ita respondit: Se cum multis
doctoribus congressum fuisse, nihil
vnquam tamen simile hominibus i-
stius Societatis reperisse: quod ille
dicebat, vel quia sic arbitrabatur,
vel quia victoriam illam & igno-
miniam suam, non veritati, sed e-
ruditioni acceptam referens, ita
conabatur, quoniam aliter non po-
terat, eleuare. Certè iam alias cum
B. Xauerio congressus æquè infe-
liciter, è duobus de ceteris iudici-
um faciebat. Sed pergit: Ita enim in-
collo.

colloquijs sunt subtile, vt ea res
vni diuinæ gratiæ (mira vis verita-
tis!) attribui possit. Ad hæc qui in-
terrogauerant, intulerunt, quando
ita esset, vt ipsi de victoria despera-
rent, in posterum abstinerent, &
Gasparem virum bonum rogarent,
eorum vti famæ consuleret, nec in-
tra priuatos acta dictaque parietes
euulgaret; atque ita fecerunt. Hæc
omnia Gaspar ex amico Iudæo, nos
ex ipso Gaspare ad suos scribente
accepimus. Gasparem verò in po-
sterum ita omnes coluerunt, vt cùm
eo frequentes essent, domum suam
ad conuiuium & vterque Rabbi in-
uitarent, spondentes in eo se con-
uiuio à legis ritibus temperaturos,
fercula vtrisque communia fore.
In Synagogas etiam suas admitte-
bant, sed mira fraude tot congrega-
bant quæstiones, vt respondendi so-
lùm locus esset non etiam propo-
nendi: responsiones porrò omnes
miris laudibus extollebant, annue-
bant, applaudebant, ac denique tâ-
tum creuit amor & veneratio, vt
spera-

spēraret Gaspar se breui in Synagogis sacras litteras illis lecturum. Doctores ad eum frequentes itabant, non iam molesti interpellatores, sed discipuli; ad eum in suis dubijs recurrebant, ac mirabantur Patris in scripturis explicandis facilitatem, qui de vno versiculo interrogatus liberalius etiam quām rogabatur, totum caput explicaret.

Erat insuper tanta illius apud eos opinio sanctitatis, ut positis genibus, si cui fortè in vicis occurreret, eum passim venerarentur: quoties cum Christianis aliquid illis commercij causa litis incidēret, ad Patrem recurrebāt, cuius sententia utrumque litim dirimebat, et si grauis causa, ut exemplo patebit, videtur. Filia Iudæi Christianam fidem suscepereat; eam Parens exhæredare impotentiū id ferens, statuerat: Gaspar illum adit, nec multis opus, sola præsentia hominem mansuēfecit, & subito quidquid filiæ proprium erat, restituit. Iam persuaserat multis non usurpas minūs sua

*De Gas-
paris sā-
ctitate
quāte
opinio.*

quām

res
rita-
ui in-
ando
pera-
t, &
rent,
c in-
ietes
Hæc
, nos
pente
r po-
cūm
suam
bi in-
con-
uros,
fore.
litte-
gere-
di so-
opo-
nnes
nue-
ietā-
o, vt
pera-

quam Christianorum lege prohiberi: atque ita multi, quod in ea gente credi vix potest, ab ijs abstinebat. Officina Iudæorum in se Gaspar, ubi poterat, cumulate compensabat. Aegrum forte ex ijs quendam cum in platea temerè iacentem reperisset, sustulit in humeros, quem tanta victum caritate ad Christum deinde traduxit. Sed mirum videri poterit cuipiam, quid esset quod minus ad fidem venirent; quam ita mirarentur: sed non ei, qui gentis & pertinaciā mouit & cæcitatem: eius tamen rei causam, quam ipsi dabant, sequenti capite referemus.

CAPVT XIII.

*Publica Gasparis cum Iudeis
disputatio.*

DIFFICILE fuit clām semel immò saepius etiam propriā confessione victis publicū certamen persuadere: sed tamen continua Gasparis prouocatione lacesti, & diutina comparatiōe instructi tandem annuerunt, sperantes si non vince-

vincere, saltem artibus suis Gasparis victoriam obscurare, & apud ineruditos in dubium vocare. Cum ergo diutius non possent incolumi vel apud suos; vel apud ceteros, quod caput erat, honore (de suis enim iam propter superioris dicta parum lababant) diem ad differendum publice condixerunt. Aduenit dies; duo, quos iam dixi, Rabbini ex uno, Gaspar ex altero latere, cōsederunt. Ad erant præter Iudeos & Christianos propè omnes multi etiam Turcae, & Mahometani, qui ex disputationis euentu facturi erant periculum Gasparis eruditionis, ut ex auctorum periculo viderent, quid de sua disputatione, ad quam iam Gaspar eos sæpe prouocarat, statuerent. Disputationem igitur, ne varijs litigantium effugij vagaretur, visus est his limitibus circumscribere, ut Gaspar, qui prouocarat, hæc duo confirmaret: Messiae venturi iam tēpus exspirasse: alterum; I E S V M, quem coleret, promissum esse Messiam, & ut Christiani vocant, CHRISTVM.

Eius

Eius disputationis, qua potero
breuitate, capita describam, & ra-
tionum neruos contraham, non ex-
tendam. Ergò primam veritatem ex
hebdomadibus Danielis pulchrè
demonstrauit, quas, vt ex annis vel
solaribus aut lunaribus constarent,
vt antè, vel pòst paullo, vel Angelo
reuelante cœpissent, omnino cer-
tum erat iam quindecim & amplius
sæculis effluxisse. Inde ad celebrem
illum Genesis locum transiit, vbi
Iacob ait: Non auferetur sceptrum
de Iuda, & Dux de femore eius
donec veniat qui venturus est, &c.
quod vaticinium iam ante multa
sæcula completum, luce clarius o-
stendit. Subinde aggressus est ape-
rire, quanto tempore ea de re inter
ipsos Iudæos sit litigatum. In Hero-
de magno multi conuenerunt, quòd
Idumæus esset, sceptrum Iudæ defe-
cisse: in ijs fuerunt Pharisei, quos
ea de causa Herodes iugulauit; quā-
quam Herodes quoque factus iam
profelytus, puerorum mactator, &
post annos triginta noui iuramenti

exa-

exactor, se quoque id metuere declarauit. Idem confirmant ij, qui Herodem Messiam appellarunt, multorum sententia Herodiani appellati. Idem quoque sub Agrippa Aristobuli filio, Herodis magni nepote, ex Iudea matre nato, est in controversiam adductum. Sub Vespasiano omnis dubitatio remota, cum alij ab Imperio Romano defecerunt; alij, quorum agmen facile ducat celebris Iudeorum historicus, Iosephus, turpissima adulatio ne illum ipsum pro Messia habuere. Nec sibi defuit Vespasianus. sed quoniam de tempore inter omnes constabat, id etiam conatus efficerre, ne de se quispiam ambigeret. Hinc ut Princeps pacis crederetur, Paci æternæ templum ædificat, atque ope Apollonij Tyançi magi paralyticum solo tactu, inspectante Alexandria, curat. Ex his omnibus alijsque permultis colligebat, antiquorum opinione iam tum Messiæ tempus aduenisse; stultissimum proinde post tot elapsa saecula ne

cium

cum illis quidem velle dubitare. Itaque si probabiliter velint adhuc expectare templum Salomonis, quod quidē ab Herode sub Christi aduentum diuino consilio ædificatum fuit, ut venienti Christo ex oraculis inseruiret, in quod modò ingrediatur, condant; stirpem Aaron à qua excipiatur, producant; Republicam suam quam defecisse, antequam veniret desiderium collum æternorum ex Iacobi vaticinio non oportet, constituant; cui notam hodie esse Davidis stirpem, è qua Messias procreetur, potissimum ex quo Vespasianus eam stirpem extirpauit? Hæc igitur ante omnia restituant, tum de Messia contendant: iam verò post tot signa, tot sæcula, totius mundi voces adhuc dubitare, esse intolerabile, maximè cum iam sine lege diutius, quàm cum lege fuerint: plus enim temporis à Christo ad hæc tempora, quàm à Moysè ad Christum abiisse.

Ea re confirmata, ut nullis effugientibus

Euseb.
bistor.
lib 3.
6.II.

gijs locus esset, omnibus stupentib⁹
ad alterum locum est progressus.
Nec erat difficile. iam enim tempus
aduentus Messiae præter lapsum per-
inde erat ac Messiam aduenisse, nisi
sacrosanctis Prophetarum oraculis
nefariè fides abrogaretur. Quereba-
tur ergo, quis ille fuerit, noster, an
alius quilibet? nostrum esse sic pro-
babat differens, primū ea quæ pas-
sim de Christo prædicantur, magis
spiritu quam corpore metienda,
victorias de dæmone reportatas, o-
pes esse gratiæ & Sacramentorum
vbertatem, vitam & imperij firmi-
tatem in terra viuentium interpre-
tandā: alioqui cui non videri Chri-
stum illum ab immanitate, auaritia,
superbia, fœditate non posse vindi-
car. Neque tamen egenum ita fui-
se Christum, ut non hæc eadem suis
successoribus reliquerit, testari Ec-
clesiæ Romanæ dignitatem, Epi-
copatus, opima Sacerdotia, Apo-
stolos denique, quibus ex eadem gē-
te prognatis quid toto orbe terra-
rum illustrius? At verò Iudeos, qui
hæc

hæc omnia iam diu expectant, in alia omnia cecidisse nequicquam probari, cùm satis constet, quām atrociter Christi mors vindicata sit, Solymorum inaudito sculis omnibus excidio. Sed quorsum, infert, hæc tam atrocia, tamque diuturna toleratis? abstinetis à nefario cultu Deorum; ritus vestros inter mille difficultates retinetis; legis, qua potestis, & propè quā non potestis, estis obseruantes: quæ sanè si vera est, iniustus, & crudelis est Deus, qui tot tantis tamque diuturnis malis nō eripiat. Sed patimini hæc sanè in poenam cæcitatris. Contrà verò, si IESVS non esset, vt est, verus Dei filius; quo pacto Deus Optimus Maximus tantam iniuriam tamdiu dissimularet, imò verò promoueret, ac honoraret?

His & alijs multò pluribus Christum verum esse Messiam arguebat, siquidem iam in confessu erat aduenisse; nisi fortè Herodem mallēt, aut Vespasianum, aut similem aliquem impostorem. nam de Mahomet,

mete, se hoc Saracenis, cum in are-
nam quoque descendere placuerit,
reservare. Iam itaque Gaspar, & his,
& pluribus suo muneri satisfecerat,
tanta omnium approbatione, ut Lu-
sitanis & omnibus Christianis, ut
ipse narrat & fatetur, res diuini-
or visa sit, & à Spiritu Sancto inspi-
rata. Iam duo Rabbini sudare inci-
piebant, & aliqua cùm conati fui-
sent adferre, risu & cachinni exce-
pti sunt, potissimum cum ad vnitatem
diuinam probandam, ac euer-
tendam Trinitatem personarum, a-
nuli conclusi simulitudinem extra
rem attulerunt, quid hoc fuerit, non
satis explicat Gaspar, sed solum at-
tingit. Cùm itaque iam de victoria
desperassent, ad solitas artes confu-
gentes, Gasparis doctrinam igno-
rantiæ suæ compararunt, ut à do-
ctrina stare, non à veritate, victoria
videretur; sed nihil profuit effugi-
um. quæ quærendo, quæ vrgendo
effecit, ut vel inuiti Catholice reli-
gionis agnoscerent veritatem. Cau-
sam deinde vel à Gaspare, vel ab

I.

alijs

alijs rogati, cur non in agnitam trā-
 firent veritatem, priuatim sēpē ref-
 ponderunt duas esse eius rei causas:
 alteram opes suas, quas ex vfuris v-
 tique partas restituere, necesse esset
 amplectentibus fidem Christianā;
 alteram, quod Christiani Iudæi
 parum benignè & honorificè tra-
 tarent, licet fierent Christiani; iam
 porrò benè nummatos vrgente ne-
 cessitate ab omnibus honorari. Et
 hoc vterque Rabbinus disertè Gas-
 pari est confessus; alij etiam pleri-
 que Lusitanis: atque ita facilè osten-
 derunt, quām impij essent, qui sa-
 lutem suam & opibus & honori
 posthaberent. Nihilominus ex il-
 lo congressu Iudæi compressi, Chri-
 stiani elati, Saraceni etiam territi
 sunt: quos nihilominus ad certam
 vel inuitos Gaspar elicuit, vt mor-
 dicemus. Postmodum quoque fre-
 quenter, multis doctoribus subinde
 euocatis, Gasparem, quē colere id-
 eò solitis officijs (tanta est virtutis
 efficacia) non cessabant, tenta-
 runt, si quem fortè reperirent, quā-
 moni

Iudaorū
 pertina-
 eis.

AEI
m trā-
pē ref-
ausis
uris v-
se esset
stianā;
Iudæos
cē tra-
ni; iam
nte ne-
ari. Et
è Gas-
pleri-
osten-
qui sa-
honor
s ex il-
i, Chri-
territi
ertamē
vt mor-
que fre-
subinde
lere id-
virtutis
tent-
ent, qui
nomi-

LIB. II. CAP. XIV. 195

nominis honorem & gentis famam
quoquo modo resarciret: sed nihil
vnquam profecerunt. Antequā ve-
rò à Iudæis ad Saracenos veniamus,
non omittendum puto, quod Gas-
par quoque narrabat: eo tempore
Iudæos non paucos in montem Sion
conuenisse, & toto triennio Messiā
frustra expectasse; sed certum est
eos ad eum priūs iudicandos deue-
nisse, quam Messiam ad eos festina-
se liberandos.

CAPVT XIV.

*Saracenorum sibi animos con-
ciliat.*

ARMVZIAE & numero & po-
tentia, quippe cuius Rex es-
set Saracenus, præstabant ce-
teris Saraceni, quibus Gaspar, omne
hominum genus animo comple-
ctens, ad salutis viam præire mag-
noperè optabat. Initio quidem ab
ijs lapidibus non semel est saluta-
tus, cùm nola pueros ad Christianā
doctrinā conuocaret: verūm de-
inde postea odio in venerationē cō-

I 2

uerso,

uerso, supra pñè quām credi potest, eum colebant; à lapidationibus certè posthac abstinuerunt; nisi quòd in celebri illa pópa ad Sacellum Diuæ Virginis, pro arce Monjam instituta, lapis temerè in turbā consertam coniectus puerum vnum vulnerauit; sed incertum, ab Saraceno, Iudæo, an alio quolibet missus. Quin potius illum flexis in terram usque poplitibus supplices salutabant; manum etiam qui plus audebant osculabantur; quidam etiam magis verecundi vesti dumtaxat reverentiaæ causa osculum dabant.

*Quanti
Gaspare
facerent
Sarace-
ni.* Noctu cùm per urbem incedebat, quod propter vim æstus, & negotiorum multitudinem persæpè faciebat, non solùm non erat inter medios Mahometanos securos; verùm etiam si fortè eum per tenebras agnouissent, è via statim honoris causa discedebant, cumque eo agere sibi existimabant esse honorificum, si quando Christianorum aliquem opprimerent, schedula Gaspar vel monebat vel rogabat, vt ab iniu-

iniuria abstinerent: eadem ipse libertate ad eum, si quid à Christianis paterentur recurrebant; nec erat eorum quisquam, qui non faceret imperata. Vulgo eum Zachariæ filium appellabant, vel sanctitatis zeliisque similitudine, vel quod Pythagoricam illam animorum metapsychosin agnoscerent, & Baptiste animum in Gasparis corpus crederent emigrasse: magnum quoque Christianorum Caciz, quorum quidem solum tres in orbe toto varijs in sectis esse fabulantur, è quibus vnum esse Gasparem sibi persuadabant.

Sed hoc admirabilius & insolens planè honoris genus Gaspari ab ipsis exhibut. Nocte intempesta multis facibus tenebras vincentibus, in templum suum (Coranum vocant) magno comitatu induxerunt, & ad summum usque deduxerunt inspestante tota ciuitate, quæ iure solemnitatem pompæ ex accensis facibus estimabat, & facile mirabatur. Hic celare illum nihil, sed omnia rese-

rarunt: cum alij vestem, alij vestigia
illius osculis interea venerarentur.
Et tamen etiam proposita morte, ne
ex aliena secta quisquam ingredia-
tur, Mahometanis legibus est inter-
dictum. Verum illi sic Mahometem
explicabant, noluisse illum tam in-
signi virtute viros excludere. O
quid nō vnius viri potest virtus, et
iam apud gentes immanitate barba-
ras! Nec tum solum illis ibi adfuit,
sed etiam feria sexta, quam illi fe-
stam habent, cum eis agebat non in-
frequenter. Quæ verò enarrata, mo-
destissimus Gaspar spe fructus, quā-
quam inuitissimè, & quia impedit
non poterat, patiebatur. Tantam
porrò Gaspari venerationem &
sanctitatis opinionem hęc ferè con-
ciliarunt. Videbant hominem sum-
ma doctrina & auctoritate apud o-
mnes ita se abijcere, vt nō la vica-
tim pueros conuocarent, mancipia
instrueret, & grīs adesset, & cūm o-
mnium mercatorum opes in eius
quodammodo essent potestate, ob-
stupescabant eum in nosocomio vi-
uere,

uere, stramineo in cubiculo, inque
victu magnam asperitatem obserua-
re; tantam porrò in vestitu esse ne-
gligentiam & paupertatem, ut non
pannosus solum assutis temerè par-
tibus, sed etiam lacer incederet. Quā
eius paupertatē initio Christiano-
rum auaritiæ & tenacitati adscri-
bebant, atque etiam obijciebant.
Quare Lusitani vestes certatim ei
offerre, quodque nullam admitte-
ret, propè succensere; asserere fidei
ignominiā & dedecus, ac sibi quo-
que inuri, quibus id crebrò Turcæ
& Saraceni exprobrarent: quod
cùm Gaspar persuadendi causa di-
ctum putaret, constanter respuebat.
Ad extremum Turca, mercator co-
piosus, pannum ex vndulata ueste
per Iudæum quendam mittit, rogās
ut eo vtatur, nec posthac ita lacer
incedat. Sensit Gaspar scomma po-
tius esse quām donum: itaque do-
ctum, quoties sibi à Christianis ve-
stis esset etiam propè per vim ob-
lata, Iudæum ad negotiatorem a-
ctis gratijs cum pāno remittit. Vul-

gata res est, & Christianorum libe-
 ralitas, Gasparisque paupertas illu-
 strior euasit: sed tandem cum neque
 vestis vltrà permetteret, neque illi
 vrgendi finem facerent, permisit fie-
 ri nouam. nec mora; vbi id cognitū,
 propè omnes vt id præstarent con-
 tenderunt: denique ita conuenit, vt
 aliis aliud, suam quisque partem
 donaret. Ea omnia Gasparem cele-
 brem, restitutions verò factæ Sar-
 cenis etiam gratum effecerunt. quod
 enim illi iam pro amissso habebant,
 cum reddi sibi viderunt, non aliter
 acceperunt, quam si à Gaspare, quē
 fatis sciebant horum esse causam,
 donaretur. Ex his denique omnibus
 magnus erat animorum motus. di-
 cebant enim nonnulli, iam tempus
 quo impostor Mahometus aliam se
 illis legem daturum promiserat, a-
 bijisse; itaque non pauci in Christia-
 nam fidem propendebant: sed
 hæc pluribus, sequentibus
 capitibus profe-
 quemur.

CAPVT

CAPVT XV.

Gloriosa Gasparis & publica de Saraceno Philosopho victoria.

SAEPE, vt antedixi, Saracenos Gaspar ad publicum certamen prouocarat, sed impostoris astutia (Mahomeris inquam, qui congressus omnes interdixerat) & verò metus è Iudæorum euentu conceptus, omnes ad eam rē aditus videbantur occlusisse. Verùm cùm se iam aliquoties vel religionis prætextu, vel quod armis assueti litteras ferè negligerent, excusasset, Mahometanorū multi eā tergiuerationem præiudicium falsitatis arbitrabantur, nec non, vt dixi, in sacra nostra propendebant. Cùm porrò Armuziam venisset quidam Persa, non modo insignis Mahometanorum Cacez, sed etiam Philosophus ex Aristotelis disciplina, cuius libros legerat, Peripateticus Astrologus, & verò etiam Necromanticus: audaciores facti non modò certamen acceptarunt, sed iam propè

de eo desperanti Gaspari vtrò etiam detulerunt. Nec abnuit Gaspar. Disputationis modus quæsitus, nec satis conueniebat inter partes. Nam Persa inediam, recepto apud illos more, assuetus tolerare, Gasparem hac lege prouocauit, vti in vnum ex Armuzianis è sale montem secederent, nihil commeatus inferrent, dispositis custodibus, ne quid inferretur, cauerent; illius legem meliore iudicādam, qui diutius famem pertulisset. Adhæc Gaspar ita respondit: Itane verò legum veritas ex hominum robore, & famis ac sitis tolerantia, metienda; aut fortè Deum ad miraculum nulla vrgente necesse sitate temerè astringemus? nam si veritas rationibus, præsertim vbi cum Philosopho agitur, cognosci potest, quorsum hæc insolita experimenta? Tentemus primùm, si quid ea ratione perfici queat; si satisficeri nō poterit, tum ego nec illud certaminis genus, nec ullum aliud etiam atrocius subterfugio. Non habuit quod his respōderet Persa, nisi quod alia

aliam nollet lege congregdi. Itaque re-
prorsus infecta discessum est.

Verum quod ille tum noluit, fe-
cit planè Deus, ut velle cogeretur;
idque in hunc modum. Adfuerant
hunc prouocationi & primæ veli-
tationi Philosophi vxor & filia, v-
traque acri ingenio & bona indole,
è stirpe verò Zaidis, nepotis Hocē,
qui ex Ale nepos erat Mahometis.
Illæ igitur mariti vel parentis ter-
giuersationem, ut erat, effugium
esse hominis de bonitate causæ dif-
fidentis interpretantes, diuini spi-
ritus lumine afflatæ, ad Gasparem
noctu, ne quid morarum nectere-
tur, Baptismi causa aduolarunt: quas
ille amicè exceptas, plenus gaudij,
in domum abduxit nobilis cuius-
dam & pij Lusitani: ibi dispositis cu-
stodibus, ne quid per vim auderent
Saraceni, afferuatae, postridiè res in
vulgus abiit. Philosophus enim a-
pud suos queri, apud Lusitanos in-
fimis precibus & lacrymis etiam suas
repetere, ipse porrò propè secū fu-
rere & insanire. Mouit ea res Ma-

Sarace-
narum
duarum
rara cō-
uersio.

hometanos, & iam vim parabant; sed à custodibus deterriti, atque arcis etiam tonitrua formidarunt. Itaque Philosophus, cum vix aliud superesset, ad Gasparē adit, coniugali se iure ac paterno tuetur. annuit Gaspar, sed diuinum prefert. Saltem illarum conspectum, quod negari iure non potest, expetit. Hic Gaspar assensit, sed hac lege, ut in loco ad disputandum designato eas videret, si modò congregandi vellet: qui si victor esset, vxorem filiasque recipere; si vinctus, ipse se ad uxorem filiamque in eandem fidem adiungeret. Compulit hominem geminus amor, ingens telum. Diem dici placet, interpretem designari Garciam de la Pancha, hominem Lusitanum, Regis Armuziæ interpretem. is iam alias non raro Gaspari in similibus congressibus fidelem operam præstiterat: nam & Latinæ linguæ peritus erat non medioeriter, præter Peñicam, quam apprimè callebat. Tabellio idcirco adhibit', ut quoniam pressè & ex dialecti-

capr.

ex præceptis certandum esset, negata concessaque constarent. Aderrat huic certamini publico præter ceteros, Vicarius quoque ciuitatis. Itaque cum iam conuenissent, nondiu stetit Persa, sed paucis dialecticæ ictibus prostratus est. Disceptatum primò fuit de somniatoris illius paradyso, de licentia vitæ ab eo concessa, quam nemo probus audeat acceptare. Hic Persa non difficilem se præbuit, ut turpitudinis & ignorantiae plena ea fateretur. Nam Persæ præ ceteris Saracenis Mahometis dicta ad rationis limam explorata, vel concedunt vel negant, eius nomini parum tribuentes: vnde etiam eorum nonnulli e Zaidis secta (cui multum vxorius Philosophus favebat) ab Arabibus atque Mahometanis in hæreticorum numerum referuntur. Concessit denique, quod ipse concessit eiusdem erroris Auerroes, hæc dogmata saginandis feras quam hominibus ratione præditis instruendis aptiora. Sed institit diuins in fidei nostræ

mysterijs infirmandis, quām in suis
confirmandis: ea fuerunt SS. Trini-
tatis, Incarnati Verbi, passi ac mor-
tui; sed in his quoque plurimū
Gaspari diuina lux cum mira ratio-
num felicitate & facilitate affulsi.
Primū itaq; probare aggreditur,
omnia fidei nostræ mysteria, vt sint
ferè supra naturam, nullo tamen
modo naturali lumini repugnare:
quod apertis rationibus & exem-
plis ita declarauit, vt Philosopho in
sua velut arena triumphanti spem
gaudiumq; eripuerit. tum Gaspar
aptis interrogationibus hominem
adoritur. Percunctatur ergo, Deo sit
bonum necnè, seipsum intelligere?
Ille ex Aristotelis doctrina beat-
itudinem eius in eo sitam esse affir-
mavit. atqui intellectionis imago
est aliqua, quam verbum mētis vo-
camus? concessit. atque illud pro
intelligentium perfectione perfe-
ctius? perfectius ait omnino. Ergo
in Deo, qui est immensus quidam
intelligens, intellectio erit immē-
sa? immensa respondet. Intellec-
tio
nis

ni ergo illius imago & verbum erit quoque infinitum? dialecticè sequi fassus est. Verbum igitur illud erit Deus: quidquid enim infinitum est, id est Deus. nam quod in homine verbum mentis propter intelligendi vim finitam ac debilem accidens est, in Deo propter intelligendi vim infinitam idem substantia & qualis ipsi Patri, seipsum perfectè & ad imum (ut ita dicam) & quantū intelligi potest, comprehendenti. Quorū enim producendi vim, quæ in creatis rebus est perfectio, ipsi auctori perfectionis negaremus? Ex hac generantis & geniti distinctione duas distinctas personas demonstrauit, & eodem planè modo de tertia philosophatus, ex amore utriusque Spiritum S. probauit, processisse. His alijsque multis convictus Persa dedit manus, & ad ea quæ iam concesserat, SS. Trinitatis addidit confessionē. In mysterio Incarnationis facile fuit obiecta diluere. Nā etsi Deū incarnatū, natum, passumq; dicamus, hæc illi personæ,

quæ

quæ Deus erat & homo, non diuine separatim naturæ, quæ neque nasci in tempore, neque pati poterat, tribuimus, sed humanæ: quam ille salutis nostræ causa, magna & inexplicabili amoris significatione, asumpsit. Alia multa dicta sunt à Gaspare, summa omnium admiratione & approbatione: rex his omnibus hoc collegit, mysteria fidei nostræ quanquam ad euidentiam humanæ rationis non perueniant, ut esset aliquid in quo captiuaremus intellectum in obsequium fidei; hoc tamen effici euidenter, quod testimonia eius credibilia facta sint nimis.

Ad extremum Gaspar omnium concessorum probè memor, ea in vnum congesit, & iteratam confessionem extorxit; si quid negaret, ad tabellionem appellabat. Fassus igitur legem suam primò falsam, inde non posse eam sine pertinacia sustineri. Trinitatem quoque, Patrem & Filium & Spiritum S. vnum ac verū Deum est confessus. Denique de religio-

ligionis nostræ sanctitate quid sentiret, rogatus, cogente veritate in hæc verba exclamauit: Res sancta. Atqui, ait Gaspar, si de his inter nos conuenit, in quo discrepamus? Hic philosophus, hactenus feruore disputationis abreptus, se collegit, & cum pudiceret concessorum, neque posset sine infamia palinodiam recantare, circumspexit, qua ratione, quam minimo posset pudore, se se ab eo confessu expediret; atque inducias petens, ad quosdam suos libros non sine ignorationis præiudicio appellauit. Comperendinatur est quidem, & dies dictus; sed disperuit, atque insula egressus apud quendam Regulum in Continenti Persicis partem sui doloris depo- nens, consilium petiit. Ille acriter hominem redarguit, quod cum tam insigni mago temere concurisset. Itaque Philosophus procul inde se ut abderet, persuasus, omnium quæ habebat carissima, coniugem, filiā, famam, Armuziæ pignori dereliquit.

Inte-

DE VITAE GAS. BARZAEI

Interim quantum ex doctoris sui
fuga Mahometani doloris, tantum
è Gasparis victoria gaudij cœperūt
Christiani: quod gaudium breui
publica pompa in coniugis ac filiæ
baptismo demonstrarunt; matri
Mariæ, filiæ Catharinæ nomen in-
ditum. Et quoniam ex regia stirpe
prognatas esse constabat, honorifi-
ca apud Lusitanos appellatione,
Dom, vulgò decorarunt. Tum de-
inde Gaspar octingentis in dotem
Pardais conquisitis, duobus nobilit-
bus Lusitanis maritali fide coniun-
xit. Quibus omnibus Gaspar in ta-
cum Saracenorum odium deuenit,
aut potiùs tantum illis metum vel
sola eius præsētia incutiebat, ut cō-
spectum illius tanquam insignis
venefici vitarent. Verba porrò il-
lius, sed ne nolæ quidem sonum in
aures eodem deterriti metu admit-
tebant. Ita enim iam inter eos con-
stabat, conspectum eius cōtactum,
sermonem, ipsius tintinnabuli tin-
nitum carminibus infectum, pe-
stem in animum ipsum contagio-
nem-

nemque diffundere. Sed hæc aliorū de Saracenis triumphorum præludia fuerunt, & velut ouationes; ad sequentia maiora conuertamus sermonem.

CAPUT XVI.

Nobilis alterius Saracena conuersio.

EA disputatio non solùm hoc in obstinatis effecit, vt Gafparem pro incantatore somniarent, sed fructus longè gratissimos protulit. Ab illa multi ex Saracenis quotidiè ad sacrum baptis- mi laticem, velut cerui ad fontes aquarum concurrebant; quos non relata solùm de Philosopho victoria conuicerat, sed plerosque etiam prodigia ad id cœlestia inuitabant. Hunc Beatæ Mariæ Virginis conspectus, illū etiā Christi; hos Angelorum gratæ collocutiones aut voices cœlo missæ, pastore suas oves euocante ad unum Ecclesiæ Catholice ouile intrandum compellebant. At qualiacumque hæc fuerint (nec enim

enim multum interest) plurimum ad Catholicæ fidei amplexum persuadendum momenti habuere, cùm apud plebem, tum verò apud primā nobilitatem. Ex hac nobilis mulier, superiori non impar, conuerſionem suam, quia de ea diu certatum est, fecit celebriorem.

Multi erant Ar'muziæ, vt in emporio celeberrimo, vicinorū Principum legati; ex ijs vnu s. Persico genere illustri, Xatamæ supremi Persarum Imperatoris legatus, cum uxore Mecani Xarifæ, qui se Regem Arabiæ appellat, ex sorore nepte, ex stirpe ipsius Ma'ometis. Illa vel Persæ Philosophi fuga, vel alia ratione impulsa, incertum, Baptismū tandem à Gaspare petijt; & interim dum ea quæ opus erant docetur, apud Lusitanam nobilem matronam asseruabatur. Legati Persæ querelę Philosophi lamentis & querimonijs nihilo inferiores; sed nihil egit. Itaq; coniugis desiderio furens, Lusitanam fidem detestatus, plenus minarum ad Xatamam se confert,

ibi

ibi falsa veris permiscens multis
queritur, ius gentium à Lusitanis
violatum, ab ijs sibi quā in arce
Chaul (venerat enim inde paullò
antè) quā Armuziæ quattuor aus
quinque pardaorum millia per vim
erepta; item vxorem sibi suam ab
ijs etiam cōtra naturæ iura raptam,
celebris magi opera Christianis ri-
tibus pollutam, perq; vim in oeno-
polæ cuiusdam domo ad Mahome-
tis contumelias (cuius scitis vinum
interdictum) detineri; ad hæc om-
nia inertem Armuziæ Regem ex-
ternis nimis addictum conniuere;
nihil vel se apud illum precibus,
vel apud Lusitanos minis profecis-
se, cūm Persicam iram magna petu-
lantia eleuarent. Itaque è maiestate
Persica videri, ius naturæ gentium
Persicum, vel iure vel armis repeti-
tum vindicare; Xatamam alioqui
legatis in posterum caritatum. Ar-
rogantem non difficile fuit specie
læsi numinis sui ad iracundiam pro-
uocare. Is enim eò dementiæ deue-
nerat, vt se pro Deo colli iuberet;

*Persarum
Impera-
toris su-
perbia.*

aqua

214 VITAE GASP. BARZAEI

aquam quæ pedibus abluendis superfuerat, velut sacram asseruari; ad quoslibet morbos curandos adhiberi, & quaqua versus distribui; vulgo etiam Principum litteras, si quas ad se darent, sic inscribi: Magno Xatamæ, cuius opera cœlum & terra sustentantur. Quare furore accensus per Abiencan Regem Nirran & militiæ Persicæ summū Præfectum mandat Legato Regis Lusitanis (erat is Henricus Macedo, nobilis Lusitanus, qui iam tum in ipsa nauigatione non amicus solum, sed etiam in Gasparem ac socios munificus fuerat, & legatum foederis in eundi causa, in aula agebat) ut ad Armuzianum Præfectum & simul ad Gasparem scribat, mulierem ut restituant; & verò eum non nisi restituta discessurum; sed & vñā Laiç & Carmaniæ Regibus, Persæ vectigalibus mandatum, ut nisi imperata fecerint Lusitani, in Armuzianos fines infestis armis irrumpant, atque etiam ipsam Armuziam obsidione cingant ac deuastent. Hoc

man-

mandato accepro Legatus noster dubitauit primùm, quid esset facturus. nouerat æquitatem causæ, nouerat ingenia barbarorum, nouerat Gasparem, nouerat Lusitanos ad extrema omnia potiùs descensuros, quām fidem prodituros: illinc tamē vrgebant minæ; nec facile diutius poterat præ penuria se ac suos pro Lusitani nominis dignitate sustinere. Scribit igitur ad Gasparem, sed ita moderate, vt & quāti illum faceret, quodque officij explendi causa id faceret, indicaret, ne iusta barbaro Regi sœuiendi ansa vlla præberetur: alias addit ad Præfectum eiusdem argumenti, qui iam tum non erat Emanuel de Lima. Ex litteræ Antonio Mendez Doliveira traduntur deferendæ, Armuziam vt peruererunt, Præfectus concilium Lusitanicum conuocat: & quia res erat sacra, nec sine Gaspare statui poterat quicquam, ipse quoque cum ceteris euocatur, ac primus rogatus, quid sentiret, in hæc verba respondit: Nolite

fan-

sanctum dare canibus, & ne trada-
tis bestijs animas confitētum Deo:
barbarum non timendum; Deum
suorum causæ, quod in India toties
experti sint, non defuturum. In eā
sententiam pedibus ac manibus i-
tum, & sic sancita, vt ad vnum om-
nes se mortem dicerēt pro hac mu-
liertuenda, si necesse foret, oppo-
tituros. Ad litteras porrò Legati tā-
cisper responsum non est, dum quō
res vergeret, appareret. nec frustrā
vt sunt leuia barbarorum ingenia,
vel potiūs Gasparis precibus, Deo
qui corda Regum in manu tenet,
Persicam iram moderante, tempe-
tas sedata, rediit Macedo, à vicinis
Regibus nihil motum. Ipsa mulier,
dote iam opera Gasparis etiam cō-
quisita, coniugem nacta est pro sua
dignitate Lusitanum.

CAPVT XVII.

*Ex Arabia felice mittuntur ad Gas-
parem Legati.*

CVM rem Christianam vide-
ret Gaspar ita feliciter Ar-
muzia

muziæ succedere, ut erat animo generoso, circumspicere cœpit, quanta supereressent ex omni parte cum Saracenis sibi subeunda certamina. Iam in Persiam, iam in Arabiā, & quæ circā sunt regiones, mente & votis ferebatur, nec inerti commētatione, sed etiam iam tum strenuē se ad eas expeditiones comparabat, ut licet ipsi vel Iaponia vel China excideret, Mahometanorum vbi-que terræ supereressent. Nam de ijs regionum moribus, de præparatio-
ne ad Euangeliū, quoties poterat, certior fieri non cmittebat. Ita cùm Henricus ille Matedo, de quo capi-
te superiori diximus, in Persidem discederet, id ab eo flagitauit, ut di-
ligenter animaduerteret ea omnia,
& ad se perscriberet, vel rediens corām referret; quod ille fecit ac-
curatè. Et incidit sanè tum facien-
dæ frugis occasio, si nō euentu quo-
dam euolasset.

Episcopus erat ijs in locis Chri-
stianus, fidei iam olim apud Persas
propagatæ tenuē vestigiū. Is vbi de

K Lus.

Lusitanis audiuit, ad Legatum litteras dedit Latino quidem sermone, sed corrupto, vti ad certum locum vicinum venirent, vbi ipse eos præstolabatur; cupere se de rebus ad fidem vtrique communem pertinentibus colloqui. Eæ litteræ, quod è legati domo nemo latine sciret, à nullo sunt intellectæ, atque adeò rei Christianæ bene gerendæ elapsa opportunitas: quas vbi litteras Gaspar legit, summoperè iure meritoque indoluit. Quæ Henrico mandarat, eadem alijs aliò ablegatis commisit. Ergo cùm Petrus Lobato, vir Lusitanus & Gaspari peramicus, Mesquaten quæstorem aeturus proficiscitur, mox ab eo contendit, de vicinis regionibus sedulò perquireret; sed potissimum de ijs, quas Ayman vel Eayman vocat. ij sunt populi in Arabiae felicis Continente, inter duo promontoria, Rosalgate & Mocandan, qui quatuor magnis & antiquis urbibus continetur. Multi eos putant, quos sacræ litteræ Ammonitas vocant, è

stir-

AE I
litte-
none,
ocum
e eos
rebus
per-
teræ,
latinè
atque
endæ
i lit-
è iure
nrico
s lega-
s Lo-
per-
em a-
o con-
sedu-
im de-
vocat.
is Cò-
atoria,
quat-
bibus
quos
ant, è
stir-

LIB. II. CAP. XVII. 219

stirpe Loth descendentes; & fauet,
quod ijs procul dubio essent con-
termini. Vestigium etiam antiquæ
gentilitatis est apud illos, antiquū
& magnum Iouis templum. Eam
gentem naturā robustam, sed ferè
simplicem & candidam, impostor
Mahometh primam suis erroribus
delusit. Mandauit igitur quæstori
Gaspar, velut ex ipsius quæstoris
litteris constat, ut gentis primores
suo nomine, quem iam diu fama eò
detulerat, salutaret, operam suam
deferret, desideria instruendæ gen-
tis, sacræ ibi extruendæ ædis expo-
neret. Fecit ipse, quod erat iussus, &
impensè; & cùm gentem mirè af-
fectam inuenisset, ita Gasparem eò
venire rogat, vt ipse met gentis pa-
trocinium, non etiam officij ratio-
nem reddere videretur. Mirum ibi
Gasparis desideriū, præsertim quod
scriberet, solo eius aduentu omnes,
cum multorum fidem iam promis-
sis obstrictam habeat, conuerten-
dos: itaque facellulorum suorum
Armuziæ curā Vicario, viro pio, re-

K 2

lin-

linquat, ipse ad maiora natus mai-
ra aggrediatur: ac demum rogat, in-
terposita Diuini nominis sanctita-
te, & Ecclesiæ parentis auctoritate,
quorū Gaspar filius esse vellet. Hæc
Gaspar, hæc quæstor, Deus quoque
suas partes peragebat. Nā ipsi Am-
monitæ siue Gasparis fama permo-
ti, siue quæstoris auctoritate, (quan-
quam verò proprius estiam ante fa-
ctum, quām quæstor aduenisset, qui
suis ad Gasparem literis hoc præte-
reat) ad Gasparem ipsum terrestri-
duorum mensium itinere longo ac
difficili, sed tutò, è suis duos mit-
tunt: quibus in mandatis datum, ut
ipsi primitiæ gentis baptismum
susciperent. Gasparem deinde sum-
mis precibus ad se inuitarent. Id
quidem, postquam aduenerunt, nō
indiligerent ab ijs præstitum; sed
baptismo abluti & summa beneuo-
lentia accepti & habiti, cum litte-
ris ad suos reuersi sunt, spem cete-
ris vel Gasparis aduentu vel alte-
rius cuiuspiam facturi.

Totam huius Legationis lætitia,
quam

quam ex regione tam alba ad mes-
sem, atque ex his spicis colligebat,
sua Gaspari captiuitas in incredibi-
lem dolorem commutauit: sed ta-
men ille iamdudum ad B. Xaue-
rium ab ipsa Armuzia in Iaponiam
usque scripserat, & respōsum pro-
ximis nauibus exspectabat, quod si
non erat accepturus, discipulorum
aliquem, dum triennij tempus ex-
spiraret, mittere decreuerat; idque
optabant desiderio Gasparis uni-
uersi. Ea deinde res, in Iaponiam
quanquā frustra euocato, ab eo per-
fici non potuit; sed & hactenus à
nullo tentata est: atque ita eo tem-
pore multa messis paucitate messo-
rum necessariò deperibat, & quoti-
diè deperit magno piorum dolore:
qui utinam pungeret tot in floren-
tibus Academijs Theologiæ & sapienti-
vani honoris candidatos, atque ad
accurrendum, & opem ferendam
in infinitis propè animarū millibus,
sanguine Christi redemptis, opera-
rum pœnuria æternūm pereuntibus,
aliquando excitaret!

CAPVT XVIII.

*Cum Armuziano Rege quæ Gaspari
contigerint.*

OCCUPASSE Armuziam vniuersam multo studio & vi lacrymarum Gaspari paru erat, quoties Regem illius in dæmonis ditione & seruitio cum singultu conspiceret; qui sanè si tatum ad perficiendum animi habuisset infelix, quantum ad inchoandum ardoris, omnino iugum dæmonis cum Christiana libertate commutasset. Iamdiu ad Regem rumore vitæ Gasparis sanctimonia venerata Paupertas, integritas, asperitas, & præ virtutibus ipse, quo ferè mouetur mortales, miraculorum constans, & in ore omnium sermo; quanquam non solo rumore res ea Regi constitit. Habebat è suis Saracenis quendam, qui fortè nouitatis cupidus, ad Gasparem publicè oratorem ad populum iuerat, non tam audiendi causa (neque enim Lusitanicè vel tantillum nouerat) quam viden-

*Gaspar.
Lusitanicè lo-
quens à
Sarace-
no lin-
guæ eius*

videndi. Quid plura? iuit, audiuit, & quod admirabile est, penitus intellexit, ac si patria lingua dicentē audijsset, Deo in seruo suo Gaspare Apostolica prodigia subinde renouante. Venit ad Regem admirabundus, & vt faceret fidem, orationis puncta memoriæ commendata per ordinem repetiuit. Rex ipse iam ante nutans, hoc impetu in fidem nostram planè est impulsus. Itaque non ita multò pòst Gasparem ad se vocat: qui ubi hunc nuntium ē pulpito descendens accepisset, lætitia exultauit, & re Deo commenda data ad regiam perrexit, exceptus ab eo cum insolenti honoris significatione, remotisque arbitris, solo Garcia de la Penha, Lusitano, Regis interprete, conscio, seipsum Gaspari Rex aperit, suaque desideria religionis nostræ amplectendæ explicat, & simul quam non temere Saracenorum suorum Procerum motus vereatur; de quibus Patrem consulit, quo maximè modo iudicaret occurrentum. Laud-

nam Pater Regem breuibus aptis-
que sententijs in proposito confir-
mat: plus vnum Deum posse, cuius
cum fidē amplectatur, ipsius amoris
& prouidentiæ fore, ne **quid** susce-
pto baptismo incommodi patiatur;
eo protectore mortales non esse
metuendos. Simul tamen Gaspar,
cuius inexplibilis animorum sitis
ulterius ferebatur, in ipsorum Pro-
cerum salutem inhians, Regi sugge-
rit consilium, quo non modò suos
in officio contineret, sed ad suas et-
iam partes adduceret.

Id erat huiusmodi: Proceres om-
nes alia qualibet è causa conuoca-
ret, efficeretque, ut ex Arabia &
Perside Mahometanæ legis docto-
res vna adessent, quos è compagno
Gaspar ad certamen Rege admittē-
te prouocaret: illo ex congressu si
victoriā, quod planè de diuina bo-
nitate confidebat, reportaret, nulli
videri mirum debere, si Rex agnitā
veritatem sequeretur; quin potius
sperare se nobilitatis bonam par-
tem Regis auctoritate permotam,

& ve-

& veritatis vi cōniictam, idē suscep-
pturam institutum; ceteros, si qui
fuerint, contumaces, aliorum mul-
titudine territos, cùm proficere se
posse desperauerint, verbis saltem
si non animo cum ipso Rege consē-
suros. Probata Regi industria: sed re-
citiūs quām oportebat euulgata, il-
lius de religione mutanda confilia-
patuerunt. Et verò difficile erat, ho-
mines suspicaces, cùm Gasparem
insolito honore affici, ad secretum
colloquium admitti conspicerent,
arcana non odorari. Rem initio au-
ditam ex aulicis plerique secundis
sermonibus exceperunt. Itaque
duo ex omni nobilitate Saraceno-
rum millia, quod ego quidem ex
litteris possum colligere, se com-
mouerūt: (Lucena viginti comme-
morat, sed primum fuit in Arith-
meticæ notis errorem subrepere; e-
go quod verò propinquius visum
secutus sum:) duo igitur, ut dixi, Sa-
racenorum millia se commouerūt,
atque ita, ut planè baptismi diem
eundem, qui Regis esset, designa-
rint;

rint; iamque patrinos suos, ut vo-
cant, ac Sanctorum nomina, quibus
appellari vellent, quisque sibi sele-
gerat. Gaspar interim præ gaudio
vix se capere, Deo grates referre,
sed vehementer formidare, ne qua
dæmonis arte tanta è retibus præda
laberetur. Nec ille sibi defuit; è pri-
ma nobilitate nonnullos, qui alia
omnia sentiebant, ad honorem sui
vatis propugnandum accedit. Illi
ad Regem cùm venissent, blanditijs
primum, deinde precibus, denique
minis à Persarum Imperatore, ab e-
rario regio, ab ipsius regni euersio-
ne petitis, eum à mentis constan-
tia deturbare conati sunt; sed cona-
ti tantum, nihil enim effecerunt. I-
taque aliud armorum genus oppor-
tunè, nisi verius importunè, armat
Cacizes; docent, quid Rex molia-
tur, eorum esse ab interitu Maho-
metana sacra vindicare. Illi ad ar-
tes suas conuersi, Regem adeunt,
sed contracto supercilio oratione
occipientes à Rege sunt interpella-
ti & amandati: deinde cùm de-

more

more pro foribus palatijs ruderent,
 & insanis clamoribus impostorem
 inclamarent, Regis iussu lapidatio-
 nibus expulsi primū, deinde etiā
 in perpetuum proscripti. Nec tanta
 in ijs fuit vel religionis cura vel
 Mahometis, vt ipsa quæ mitteban-
 tur saxa superarit; subitò enim si-
 luerunt, & se cautè subduxerunt.
 Haec tenus Rex constanter; sed quid
 profuit? quem neque minæ, neque
 profanorum Sacerdotum reueren-
 tia commouerat, iussæ matris lacry-
 mæ & aniles fl̄ctus mollem ani-
 mum vicerunt. Postremum illud
 & potentissimum fuit, arte Proce-
 rum vel dæmonis potiūs, intentatū
 telum. Anus igitur illa, Orci pabu- *Arma-*
 lum, quā r̄gando, quā minādo, quā *Xia Rex*
 eiulando, quā capillitum vellēdo, *propè cō-*
 & in morem præficæ filium iam de- *uersus ob-*
 positum lamentando effecit, vt spō- *matris*
 deret, se in antiqua religione per- *blandi-*
 mansurum. Ea res vbi percrebuit, *tias in*
 vnā multos è reliquis parum adhuc *errora:*
 firmos de proposito quoque deie- *persistit.*
 cit. Inde veriti, ne quid Gaspar

tentaret, ac rem iam euersam resti-
tueret, valdè cauerunt, ne palati
fores attingeret; passim dictantes,
eum, quibus valeret carminibus,
spiritu solo ac sermone, primo Re-
gem colloquio infecisse. Insuper ut
Regem in perpetuo metu contine-
rent, miserunt, qui apud Xatamam
grauiter de Lusitanis, de Gaspare, de
Rege quererentur; rogabant quo-
que, ut datis ad Reges Lazæ & Car-
maniæ litteris, stipendiarios suos,
iuberet eos pro aris & ritibus suis
in armis esse; Regem quidem iam si-
bi redditum, hoc metu tamen for-
tasse, iterum ne mutetur, indigere.

CAPVT XIX.

*Heroica Gasparis in Saracenos pra-
lia & victoria.*

QVANTVM de Regis perfidia
Mahometani lætabantur, tā-
tū Gaspar lugebat, sese mul-
tū incusando, peccata sua, in quæ
sola vir modestus huius rei causam
reijciebat, detestando. Sanè in hanc
sententiam de spe sua frustrata
ad iō-

ad socios in Lusitaniam scribit: Hic
videte charissimi, quantus me luctus
ex amissa preda occuparit; sanè mul-
tis lacrymis peccatorum meorum,
horum omnium causam, magnitu-
dinem expiaui. Sed tamen ita fleuit,
ut eum mœror non abiecerit, sed ad
medendum incitarit: quod dnobus
potissimum modis, humanam diui-
namque opem coniungens, aggres-
sus est. Ad Georgium Capralem
Indiæ Proregem de re tota scribens,
hominem rogauit, ad Regem scri-
bere ne grauetur, & hominem ni-
miūm sibi rebusque suis metuentem
Lusitanarum copiarum & auxilio-
rum promissione confirmare. Fecit
Prórex quod erat rogat⁹; sed nil pro-
fectum. Auxilium item diuinum, in
quo spem omnem collocarat, im-
plorauit, & ad macerationum cor-
poris & orationum præsidia con-
uersus, diuinam iram à se, quòd ab
animi modestia fontem omnem esse
crederet, auertere est conatus.

Sed neque sibi visus est vnuis ad
rem tantam esse satis. itaque mirè

follicit⁹, ne quid in hoc discrimine
res Christiana caperet detrimenti,
vndiq; auxilia omnia euocare, sup-
plicantium cohortes denuo expli-
care, flagellantum ordines dispo-
nere, Deiparæ ac Cœlitum omnium
ex ordine, solito Litaniarum ritu,
opem statuit implorare. Pueri lon-
go agmine primi in aacie erant; æta-
te prouectiores, quinquageni vel
sexageni in terga sua sœuientes se-
quebantur; omnes pariter diuinam
clementiam in clamabant. Fiebant
hæc in Saracenorum oculis, que iā
feliciore successu impotentes, in-
festis saxorum imbricis Christi gre-
gem impetebant, atque adeò inter
eos conuenerat, nemini ut Saraceno
liceret impunè sacra Christiana
fuscipere. Deniq; vt Gaspari ægrè
faceret, in suburbanam, que Gaspa-
ris domui in vicino colle iam habi-
tantis, vt breui dicem⁹, imminebat;
ædiculam suam profanam (Misqui-
tam vocant) frequentes itare, ibi in-
conditis clamoribus obstrepere,
blasphemijs etiam sœpè crucem ri-
tus.

usque nostros, magis quam artus
suos nouaculis lacerare: quibus o-
mnibus de Regis inconstantia tri-
umphos ducebant. Res visa Gaspa-
ri non ferenda: itaque ab excelsa
animo suo consilium sumens rem
omnino admirabilem & periculi
plena, si non ille diuiniore qua-
dam mente ageretur, perficere in-
stituit. Neque enim, ut ipse ad suos
scripsit, hac in Deum contumelia ir-
ritatus potuit impotentis Philistæi
conuicia sustinere, sensique diui-
no instinctu certamen sibi, ut olim
Dauidi cum Goliath, ineundum. Er-
gò in aciem egreditur; copiæ fue- *In Sara-*
runt, doctrinæ Christianæ audito, *cenorum*
res, pueri ac puellæ; arma, crux una, *Misqui-*
quantam duo possent sustinere. *Cū rasine a-*
ea cohorte, postquam noctu, ut feria *de cruci-*
quaque sexta solebat, de Domini- *statuit.*
cis tormentis verba fecisset, inspe-
ctantibus Mauris (noctes enim Ar-
muziæ rebus agendis aptiores fe-
rè vigilabantur) in montem subit,
& per otium in Misquitæ summo-
apice, unde potissimum crucem
confue-

confueuerant detestari, opere cæmentario crucem figit. Terruit ea res (mirum dictu) & Saracenos ita obstupefecit, vt ne mutire quidem illorum quisquam ausus fuerit. Matutinis verò horis, vbi ex alto patuit vexillum fidei nostræ, aliquot Mahometanorum millia concurrebunt, & non secus ac si capta ciuitate hostium pro muris vexilla conspicerent, refugerunt; Mahometem porrò ad ista cæcum, ad suos eiulatus surdum, lamentabiliter inclamantes, ædiculam Gaspari reliquerunt: qui iam expiatam Virgini Mariæ Victrici, à Monte cognominatæ dedicauit, & pium hominem loci custodem, qui suorum scelerum penas à se repetebat, ibi collocauit. Eum locum Gaspar coelestium rerum contemplationi aptissimum affirmabat. Et sanè dubitadū nō est, eum ibi frequenter suos cruci triumphos, tantum terrorem hostium, *Ædiculam* ex animo gratulatum. Nec Saraceni solūm hanc nobis ædem reliquerunt, sed ceteras in agris omnes, & præ-

præsertim maiorem vnam, Gilaba- *pari re-*
 tam dictam, vbi quotannis impios *linquunt*
 suos ritus, & fœdas nouaculis la- *Sarace-*
 cerationes magna pompa perage- *ni.*
 bant.

Iam agrorum omnium, nullo re-
 sistente, Gaspar (vt ita loquar) Do-
 minus erat; in ciuitatem profani sa-
 crificuli se *cum* suis receperant. In
 ea Coranū erat sanè magnificum, &
 facile totius impij cultus primum
 vel operis mole vel ornatū, & con-
 fluentium vnde quaque frequentia.
 Eò se omnes & ciulatus suos contu-
 lerant, tanto vicinorum Lusitanorū
 incommodo, quibus ea vrbis pars
 attributa fuerat, vt ad Gasparem
 iam semel victorem venirent, ro-
 gantes, vti pro sua prudentia illi
 malo mederetur. Non ita quidem
 procliue erat, eos ex hac impieta-
 tis arce atque alijs depellere: sed
 Gaspari diuina ope freto nihil ar-
 duum, nimium nihil videbatur.
 Quapropter ad Regem hominem
 allegat, quod aditus ipsi omnis esset
 præclusus, qui petat Saracenis aut
 silen-

flentium indici, aut eorum inconditos clamores Regio mandato temperari; Christianos id suo iure postulare: primum, quod in suo fundo ea pati indignum esset; tum quod iam sèpè conspirantibus cum capitali Christianorum hoste Saracenis poena hæc perfidiæ illorum debeatur tantisper, dum à Rege Lusitanæ responsum esset, quid de æde fieret, tum se imperata facturos. Gasparem iam nominis auctoritas & arx Lusitana, quam illi admodum verebantur, audaciorem faciebat, terroreque incusso impetrare, quod aliter nequiret, confidebat. Porro hoc vix erat in Regis potestate, & cum Saraceni minas exhibarent, spes exigua affulgebat, & qua ab inquis obtinendi. Maiores hic animo colligit in reardua Gaspar; denuntiat ijs, ni tacuerint, se cū sua cohorte, puerorum videlicet, aduolaturum. Sed nec id profuit. Quid ergo? memor illius, ut inquit, Compelle intrare, in proximum diem sex cruces parari iubet, quibus iam

iam postridie in altum elatis, cum
turmis suis iam s^ep^e dictis egredi-
tur, & pleno die præcipuis consul-
tò vrbis viciis viam carpit. Ad pala-
tij fores vbi ventum est, omnes po-
fitis genibus subsistunt, & pijs ite-
ratisque vocibus in hæc verba pro-
rumpunt: Domine Deus misericor-
dia, Domine Deus misericordia.
Nec defuit diuina bonitas implora-
ta. subitò Mauri, alius alium præ-
currentes, per summum tumultum
(mira res crucis!) diffugerunt. Rex
verò ea occasione usus Gasparem ad
se vocat, qui iussis ibi ceteris, vbi
constiterant, dum rediret, subsiste-
re, ipse ad Regem adit: qui honoris
causa eum pro schalis operiens, ibi-
dem se eius ad pedes abiiciens, reni-
tentis Gasparis manum nifus est of-
culari; inde in regium thalamum
deductum, inuitum & reluctantem
in suo throno collocat, nec antè
loqui voluit, quām Pater ibi con-
steret. Ipse verò Patri ad latus af-
fedit; tum multis tarditatem purgat,
in turbas suorum reiicit vniuer-

*Crucis
tropheis
in Cora-
no sta-
tuit cum
pueroriis
cohorte
Gaspar.*

fa, a-

fa, animo se hactenus fuisse Christianum, idque compositis breui rebus facturum, ut omnes intelligent. Sed his velum inconstantiae obtendebat infelix niniis, verum esse expertus illud veritatis oraculum: difficile esse diuites intrare in regnum cœlorum. Nihilominus ut fidem faceret, ait se mandare, ut Corani fores cæmento & saxis obstruantur, totâ insulâ nemo Mahometem in clamet. His Pater respondet, satis se nosse quis eius animum auertisset; rogare Deum, ut quod spondet, aliquando maiori fidè exequatur; ceterū in præsentiarum gratiæ agere ac sibi gratulari. Rex donatū Gasparem munusculis, quæ domum eius deinde deferri curauit, ita à se dimittit. pergit ille, & vnâ cum ministris regijs Corani fores, admirabili gaudio frementibus Saracenis, fideliter obstruit, & impium vatem vnâ cum profano ritu in proprio palatio ac æde captiuat.

CAPUT

CAPVT XX.

*Coranum sibi restituere conantur Sa-
raceni.*

INiuriam hanc longè maximam, quām quæ à multis retrò sæculis Mahometi fuerit irrogata, vindicare totis viribus annisi Saraceni. In Persis nihil erat opis aut spei: nam cum illi cum Turcis, quorum ritus Armuziani Saraceni sequebantur, non de imperio magis quām de religione disceptarent; nobis etiam de occluso celeberrimo fano, impietatis capite, gratulabantur. In aperta vi, Rege ac Lufitanis obnitétibus, nihil erat præsidij; & tamen per fas ac nefas suos ritus repebant. Hoc demum consiliū ineunt, ut quod ferro non sperarent, auro conficiant. Itaque nouus iam Præfctus, ab Emanuele de Lima longè ailius, viginti pardorum millibus, infami largitione, & à Lusitana animi magnitudine aliena, expugnat; alij quoque nomine magis, quām re Christiani, socij sceleris adisci-

adsciscuntur. Non deerant homini-
bus impijs è pestilenti Machiauelli
schola petitæ rationes: ærarium re-
gium, arcem Lusitanam, sinus Persi-
ci dominium in discrimen vocari.
Hæc illi expendunt; Religionis &
fidei postrema est cura: veluti opes,
potentiam, regnum præsidia, non
à Deo omnium bonorum largito-
re, sed à sua sibi industria atque in
Deum perfidia, qui eius negotium
omnium minimè gerunt, promit-
tant. Sed tamen nihil sine Gasparis
auctoritate audebant, nec facile es-
se, in suas partes eum adducere, no-
uerant.

Ceterum periculum illius factu-
ri in arce apparant epulum; Gaspar
ignarus quorsum euocaretur, Præ-
fectorum regiorum, vt præceperat
B. Xauerius, obseruantissimus, ire
non renuit. Inter coenandum ex
condicto Præfectus per ambages
rem ingreditur. sensit subito Gas-
par, qui hominem nouerat, & iam
nōnullos ea de re audiuerat seri ser-
mones; atque se colligens ad certa-
men,

men, re tacitè Deo commissa, animum obfirmat. Pugnauit pro eo Dominus. Mira enim dictu res! vix apertè rem proposuerat, ecce subitò, tangente Domini manu, sine voce, sine sensu, velut mortuus inter suorum manus dilabitur. Habita res ab omnibus pro furoris diuini, ut erat significatione. Itaque cùm iam Præfectus ad se rediisset, ut qui iam sibi conscius esset largitionis, alia omnia facti poenitens loqui coepit, non iam de fani restituzione, sed euersione, ad quam rem operam suam promittebat. Sed Gaspar gratijs actis, nihil præter ea quæ Emmanuel de Lima Præfectus alter reliquerat, censuit innouandum. Porrò ex reliquis, quorum opera Mauri in Præfecto corrumpendo usi erant, multi breui omnibus stupentibus miserè perierunt; ceteri tot adierunt fortunarum ac vitæ discrimina, ut ad poenam non ad solatum reseruati esse viderentur. Quæ porrò homines impij adferebant, Deus in alia omnia conuerrit:

Præfet
Gasparis
conati-
bus ad-
uersariis
velut
mortuus
concidit.

nam

nam de solo ærario cum antè quadraginta pardaorū millia colligentur, eo anno ad centū millia insigni accessione summa excreuit. De tumultu verò nullus sermo: nam Saraceni iam se pro victis gerentes obmutescere, & taciti secum sui vatis iniurias decoquere coacti sunt. Ecclesia verò tantam est deinde pacem consecuta, vt præ feroore ac pietate scribat ipse Gaspar, omnino sibi videri, se Ecclesiæ nascen-
tis aurea illa sæcula esse assecu-
tum.

CAPVT XXI.

De Gentilium salute per Gasparum procurata.

GASPARI S caritas per omnes mortalium ordines peruagata, ne gentiles quidem, qui soli videntur mihi supereffe, reliquit intactos; ijs eum locum, quem à fide vera remotissimi tenent, extremum damus. Gentiles igitur erant Armuziæ permulti, quibus bonæ pro Dijs colere præ ceteris sollemne

lemne est. Harum multas quotan-
nis manu mittunt, ijsque tota insula
impunè vagari licet, si libertatis
notam schedula è collo suspensa
circumferant. Neque id tam; pro
eo ac Deos decet excipiuntur: aq[ui]ā
illis dare potandam (quæ foris im-
portatur, cum totâ insulâ desit) in
cultu diuino reponunt; nosoco-
mia sanè magnifica & opulenta,
bobus his fœtis aut ægris curandis
habent, ibi ea illis exhibent, quæ
nos vulgo in valetudinario infir-
mis. Herbis ferè vescuntur: nam
quicquam mactare, quod vitam ha-
beat (quam plantis inesse negant)
magnum flagitium arbitrantur; id
ea maximè ratione adducti, quod a-
nimam vitæ fontem, cum illo vate
diuinæ particulam auræ, & Deum
ipsum esse arbitrentur. Nec ipsi so-
lum nihil mactant, sed alios quo-
que, cum possunt, vel prece, vel re-
demptis pretio mactandis coercēt.
Inter has tenebras elucet aliquis
subobscurus fidei radius in vesti-
gio Trinitatis: Patri potentiam, Fi-

lio sapientiam, Spiritui sancto irrogat bonitatem. Fortè hęc ijs ab antiquis Philosophis, Trismegisto & alijs subindicata, ex Christianorum deinde conuictu paulò clariùs ad posteros peruererunt.

*Iogues
quā vi-
siendi ra-
tionem* Gentilium horum lumina erant Anachoretæ quidam (Iogues ipsi vocant) mira vitæ asperitate. Vestitionem vulgò, quin & cibus cinere aspergebant. batur, ut memores essent, quoniam cinis & puluis essent mortales; paupertatem & castimoniam præceteris virtutibus vel colebant vel præferebant; paupertatem, imò sordes tinctis luto vestibus ostentabant; cibo non nisi mendicato vesceretur. Stipem porrò petendi hęc erat ratio: in speluncis quibusdam verius quam domibus habitabant in agro suburbano; ex iis cum ves-ci vellent erumpentes, vrbis iter ineuntes ad portas subsistebant; nam ingressu suam solitudinem violatam aestimabant. Ibi cornu quodam inflantes, assuetos iam sono incolas ad cibaria deferenda commone-

monebant: quæ si detulissent plura quam necessitatis ratio posceret, quām solā vitā non etiam valedidine metiebantur, in posterum diem asseruabant. Eorum occupationes magnam habent cum nostris affinitatem, dæmone diuinitatem affectante, & ijsdem quibus ipsum numen coli cupit, officijs gaudente. Nam & noctu matutinas quodammodo preces, & diurnis horis Ecclesiasticam orandi vicissitudinem sacrorum simius imitatur. Contemplationi non parum temporis tribuunt. ea ferè vel de morte, vel de diuinis (vt Theologi vocant) attributis instituitur: quæ de ijs rebus secum ipsi sunt commentati, ad multitudinem, quæ ad eos audiendos conuenit; de morte deque Deo eloquuntur. Quibus omnibus magnam apud suos opinionem sanctitatis sibi comparant: sed Christiani, vt in his peruidendis acutiores, nullam virtutem tot errorum tenebris obscuratam, & sordibus deturpata

L 2 tam

cam admirantur. Nam illi & idola
pro Dijs (Pagodes vocant) & feras
colunt, & tot commenta proponunt,
ut veritatis radium, si quem habent,
extinguant, & virtutum speciem,
quam præferunt, deturpent.

Eos potissimum Gaspar, qui ferè
capita petebat, est aggressus, satis
gnarus, illorum auctoritate omnem
gentiliorum rituum struem consi-
stere. Itaque frequens eos visere, &
qui omnibus omnia fieret, ut omnes
Christo lucrifaceret, ea ferè propo-
nebat, de quibus ipsi non inuitè lo-
quebantur; & eò quidem libentiùs
quod ijs de virtutibus ageret, in
quibus ipse tanto interuallo eos su-
perabat. Itaque non facilè dici po-
test, vter alterius confortio magis
delectaretur: nam & illi Gasparis
eloquentiam & animi feroem
admirabantur; ipse eorum confor-
tio, quum alios non habebat, vsus, a-
nimum suum sacris colloquijs satia-
bat. Ex eo frequenti congressu, &
liorum etiam suorum qui Gaspa-
rem nouerant, commendatione il-

lum

lum admirari cœperunt, & ne quid
præ se admiratione dignum duce-
rent, tantum non Ioguem esse, mo-
rum ac vitæ similitudine prædica-
bant. Sed Gaspar, qui similes illos
sibi facere, non ipse illis similis esse
cogitabat, iã paratos & sæpè conui-
ctos ad fidei nostræ sanctitatem ex-
hortatur. Nec admodum reniteban-
tur; sed Præfectus aberat, magna
sanctitatis & doctrinæ opinione
celebris, non apud suos solum, sed
etiam Saracenos: qua enim ille a-
qua corpus lauerat, eam ipsi velut
sacram 3sseruabant ac bibebat. Nec
id etiam Armuziæ Rex etsi Sarace-
nus refugiebat. Pedes etiam eius ab-
luere, & venerationis erat & bene-
ficij testimonium. Aberat inquam
ille in Arabiæ deserta quædam pro-
fectus; alios quoque deserti culto-
res è sua potestate visurus, & disci-
plinam, si qua parte deficeret, in-
stauraturus. Omnes itaque suam
mutationem illi vni reuersuro quā-
primum deferebant: qui vbi adfuit
officiosè à Gaspare salutatus, facile

illius moribus & consuetudine captus est, accedente potissimum sanctitatis fama iam vulgata. Tantum autem ex colloquijs eius profecit ut omnino labasceret. Nam ut erat acri vir ingenio, & Philosophicis præceptis non mediocriter eruditus, facile manus dabat veritati: sed tamen non ita proclive erat, eam sanctitatis opinionem tot laboribus partam subito profundere, & sui nominis splendorem baptismi aquis extinguere. Verum instabat Gaspar, ut ne minus constans esset in amplectenda, quam perspicax fuerat in perspicienda veritate: quod cum saepius ficeret, etiam Deus in animum illapsus, Gasparis sermonem vi suæ gratiæ confirmauit; longam siquidem collocutionem (ea erat de castitate) ita Iogue conclusit: iam planè mihi amoris compedes iniecisti, sic ut cor meum aetatum unum esse videatur: sed tamen res hæc ut est magni ponderis, triginta dierum spatium ad aliquid certi statuendum peto. Probavit

confi-

consilium Gaspar, & aliquid de suo addidit. Hominem ergò rogat, vt eo temporis spatio quinque flagellorum ictus, in honorem totidem Christi vulnerum assumat; simul ex animo rogans, vt eam animo lucem infundat, qua utram legē sequi debeat, facile ac certò peruideat. Is vt erat iam cupidus explēdæ diuīng volūtatis, & suum & Gasparis consilium seriò aggressus est explere.

Accidit porrò nocturnis horis, viso ad cum hoc ipsum die quodam impen- mirabili sius ageret, ac simul de diuinis per- & voce fectionibus meditaretur, vt delata ad fidem ad se voce vigil omnino audierit: *logū praf- quid subterfugis? quid moraris? a- fect⁹ in- ge, eam viam, quæ tibi monstratur, pellitur.* carpe: sola lex Christianorum directa est ad salutem via. Admirantem hominem alia res etiam magis commouit. Tum enim vidit uniuersam sollemniores apud Christianos dierum pompam sibi offerri: ornatas ædes sacras, instructa altaria, fulgentes suis quemque

L 4 vesti-

vestibus ministros, aureas argenteasque cruces, calices, Ecclesiasticam supellectilem denique vniuersam. Itaque non vifis minùs quam auditis confirmatus, gratijs Deo aetis monétem audiuit, & noctis tenebras damnas, diem suorum votorum complementum cupidus præstolabatur. Hic dæmon omnes neruos intendere, & extrema adhibere cœpit, ita res suas componens, vt Armuizæ Regem ad visendum Ioguem religionis causa eodem die induceret. Ea res magnum telum erat ad animum tironis expugnandum: sed tamen vi solitorum diuinarum adhuc recente repulsum est. Prima luce aduenientem Regem, in latebras sese abdens est frustratus, ne profanos & illicitos Christiano honores admitteret. Inde sub Regis discessum è latebris prorumpens in urbem aduolat, ad Gasparem adit, audita visaque narrat, baptismum petit. Stupuit ciuitas hoc nuntio, Rex ipse, sed maximè Iogues vniuersi, qui fidem suam egregiè exsol-
uen-

uentes, magistri auctoritatem secuti, ad baptismum quoque accurre-
runt. Quos omnes, vbi iam satis im-
buti Christianæ doctrinæ capitibus *logues*
visi sunt, stupente vniuersa ciuitate, *baptizæ-*
summa pompa triumphoque Chri- *tur & i-*
stianorum alba indutos, salutaribus *dola cō-*
baptismi aquis, à fôrdibus suis & ci- *minuūt.*
nere, ac maximè à peccatis animum
expiavit.

Hoc autem totâ Indiâ non admi-
rationi fuit solùm, sed & prodigo,
atque ijs quidem sæculis rariore, est
habitum. Primario illi Pauli nomen
inditum; inde eadem, qua ad baptis-
mum ventum erat, pompa, concur-
rente tota vrbe, ipsi vnâ cum Gas-
pare, & cruce præeunte, ad simula-
cra sua comminuenda perrexerunt:
in cuius laboris partem veniens
Gaspar, pro eo quo erat in hostem
humani generis, diuinos sibi hono-
res arrogantem, odio, non satis se-
capiebat. Inde erecta opportuno lo-
co cruce, hæreditatem crucifixi no-
mine adiit, & domū in eos usus de-
inde, quos sequenti cap. explicabo,
præparauit.

L 5 Cùm

Cum verò Paulus cum socijs iam
effet Christianis sacris probè eru-
ditus, ipse aliò aspirabat: Lusita-
niā, deinde Romā Ecclesiæ ca-
put, videndi desiderio tenebatur, vt
ea conficeret, quibus diuinitus ad
fidem fuerat inuitatus. Itaque desi-
derium suum cum Gaspare commu-
nicat; nec lubens annuebat Gaspar,
fortè qui futura præsentiret: sed
tamen Emanuelem de Lima expræ-
fectum in Lusitaniam redeuntem
cùm ipse intercessorem adhibuis-
set, Gasparem expugnauit; cuius fi-
dei commendatus, longam aë diffi-
cilem viam emensus Lusitaniam te-
nuit, & Regi oblatus, ab eo recep-
tus est, velut aliquod ab Asia, vt e-
rat verè, prodigium. Ibi cùm ali-
quamdiu non sine Gasparis gloria,
virtutis suæ indicia præbuisset, vi-
sitato priùs Collegio Conimbric-
ensi, quod ille velut Magistri sui ti-
rociniū & cūmas venerabatur, cùm
iam se ad iter Romanum accinge-
ret, celerioribus equis ad Pontifi-
cem animarum, itinere ad Vicariū

inter-

interrupto, profectus est. Ita P. Luchen a scriptum reliquit: quanquam etiam sunt, qui reducē velint fuisse ex Europa in Indiam, atque in conuertendis Armuziani Regis uxoribus egregiam operam P. Antonio de Eredea dedisse. Gaspar porrò Iogum conuersione ad ceteros Christo adiungendos bellè usus est: cūque quotidiē sanè multi ex Armuzianis nomen ei darent, secum ille sedulò cœpit disquirere, quo pacto Iogum coenobia, quę illi passim tota Arabia ac Persia virorum ac mulierum habent plurima, ad fidei lumen perducere posset: idque habitu Iogum assumpto, triennioque Armuziani carceris sui expleto, cū neophytis perficere sperabat. Nulli confistere animus in proximorum salutem incensus poterat, nullis terminis contineri; quod prudentium arbitratu longè maximum est in Gaspare virutis argumentum.

*Gasparis
zelus.*

CAPVT XXII.

Armuziæ de Collegio Societati parando cogitat.

INTER hæc pietatis officia, Gaspar non de faciendo fructu magis quam cōseruando sollicitus secum agitare cœpit, qua ratione quæ iam fecerat, absens etiam per alios tueretur. Optima visa est ratio, si Societati nostræ certas ædes ac domicilium Collegio instituendo pararet. In eam rem intento Deus hanc opportunitatem subministravit. Habitabant, quos dixi, Iogues in monte suburbano, media ab vrbe leuca non tota: ea iam congregatio ne, quam Gentilicia sacra coegerat, fidei Christianæ susceptis sacris dis soluta, magna Pauli, priusquam dis cederet, socrorum, & totius vrbis voluntate, is locus futuro collegio designatur: qui eo libentius à Gaspare est acceptus, quod vulgo toti' insulæ, quantum ibi esse poterat, maximè salutaris habeatur; tum et iam ut dæmoni ægrè faceret, in eius domi-

domicilium commigrando. Expiat
ergò ante omnia locum, & ædicula
Reginę Angelorum dedicatur, Col-
legium Boni I E S V appellatur. Cu-
ius quidem condendi hoc erat Gaf-
paris confilium, vt Armuziā velut
opportuno ad excurrendum loco,
ij qui in Africam ad Abyssinos, in
Asiam ad Arabes, Persas, Armenos,
Georgianos mitti deberent, hinc e-
ducarentur, præter eos, qui ad cele-
berrimum illud emporium exco-
lendis tot nationibus percommodū
necessarij esse videbantur. Itaque
iam pro quadraginta, qua Sacerdo-
tibus, quæ alumnis, locum & neces-
saria parare cogitabat. Et profectò
tanta erat ciuium in eam rem con-
ferētum liberalitas ac multitudo,
vt similis esset, quæ in arca foederis
exstruenda fuisse narratur: alius
mille, alius quingentos pardaos
conferebat; & alius quidam quat-
tuor millia pardaorum obtulit, &
multi quidquid habebant, si voluif-
set accipere, profundebant. Sed ta-
men ceterorum munificentia, Ema-

nuclis de Lima tum etiamnum Prefecti (cupio enim memorem esse electorem eius quod ante monui, me in his narrandis rerum non temporum habuisse rationem) beneficentia stitit: neq; enim pati poterat in hoc opere, quod suum esse volebat, vel solum, vel parem; vetuitque Gasparem quidquam à quoquam accipere, se collegij ambire foundationem. Quæ cùm videret Gaspar ita feliciter procedere, nihil cunctandum ratus, candens antequam repesceret ferrum cunctandum iudicauit. Itaque simul in Indiam ad Rectorem de tota re scripsit, simul rem vrgere perrexit, ea, quam accepérat à B. Xauerio, locum diligendi & in Societatem admittendi, vñfus potestate P. Antonij Gomez hoc fuit responsum, videri sibi, videri Episcopo, cui res nostræ Societatis Franciscus abiens commendarat, in eo quod vterque probabat opere, tantisper supersedendum, dum ē Lusitania subsidium aduenisset: cū enim iam Gaspar in exitu suæ missio-

missionis esset propediem in Iaponiam euocandus, neque iam tota India inueniretur, qui à suis occupationibus sufficiendis Gaspari, posset auocari; rem breui necessariò relinquendam, quam proinde præstaret omnino non inchoare. Is nuntius Gaspari fuit inexpectatus; sed ut erat parendi studiosissimus, exemplo rem iam bene promotam intermisit. Interim haec usus occasione suauissimè socios è Lusitania in Indiam inuitat quadam epistola, qua hæc narrat, atque ita ait: O fratres adeste nobis; hic mel diuinæ suavitatis per agros temerè fluit, quod mel inclusi vestris cubiculis vix summo labore consequi potestis. Si scientia deest, hic doctorem habemus spiritum, qui lectionem nobis quotidie legit, cum deinde suppellectilem suam numerat sacram & domesticam. Insuper Rex statuerat, ut quorquot è militibus Societati nomen darent, stipendia militaria in usum Collegij recipierent; quingentos item pardaos

clericos.

SI
Præ-
le-
me-
po-
en-
ut in
pat,
que
am-
da-
par
un-
am-
di-
ad
nul-
ce-
en-
v-
ioc-
eri-
tis-
at,
pe-
nè
cū
ia-
o-

eleemosynæ nomine miserat, præter alios 120. quos ad Gasparis alimenta persolui mandabat.

Interim tamen dum ex India nūtium exspectat, è multis qui Societatem petebant, sex selegerat, Spīritu Sancto, vt ait, vel inuitum cogente, (quorum ego ad meliora cōuersionem in caput vnum cum aliquot alijs reseruabo) & magistrum, qui in Grammaticæ præceptis eos erudiret, externum adsciuerat. Pauci erant illi omnino præ reliquis candidatis: sed tamen alios bona spe alebat, fore, vt secum in Chinā proficiscerentur, atque vt ad Societatem apti non viderentur, plurimum tamen, si comites fuissent, auxilijs allaturi videbantur. Sanè quoniam illi cum eo mori, (quod vt in animo ita in ore semper habebant) cupiebant, tales reijcere, crudele nimis videbatur. Viuebat igitur Gaspar cum suis illis paucis in eum modum, quo antiqui viuebant Anchoretæ, ita tamen vt ipse rē Christianam contemplationis suavitate ille-

illectus non omittet. Etiā logues
à monte non abesse, sed in melius
mutati videbantur: atque eorum
hæc erat sub Gasparis disciplinā
vinendi ratio, quam cùm ipse mi-
nūtūm explicet, non putauimus o-
mittendam. Hora ante lucem iam
excitatis omnibus dabatur ad ora-
tionem nolā signum; eā post horam
finitā, Gaspar ad faciendum sacrum
separabat, cui succedebant quoti-
dianæ lectiones in horam vndeci-
mam; tum prandium, tum excutie-
batur conscientia; inde rursus ad
lectiones ad quartam usque post
meridiem horam; inde ad cœnam
conueniebant; post hanc Litaniæ,
& mox altera hora rerum diuinarū
commentatio; inde iterum facta
dictaque & cogitata omnia ad tru-
tinam reuocabantur; tum denique
die sanè non malè collocato ad
quietem concedebatur. Feria quo-
que sexta pro Ecclesiæ statu com-
munis flagellatio: Litaniæ porrò
pro Societate &c in eam munificis
recitabantur; sacro die quolibet
horæ

AEI
præ-
s ali-
a nū-
ocie-
Spi-
n co-
a cō-
i ali-
rum,
s eos
Pau-
i quis
bona
chinā
ocie-
luri-
t, au-
quo-
vt in
bant)
idele
gitur
eum
Ana-
hri-
itate
ille-

horæ spatio de pijs rebus, de reme-
dijs vitiorum, de exercitio virtutū
facra erat collatio. Eam collatio-
nem, recreationem vocat, qua rati-
onem solitorum & ariditatum
spiritualium quisque cum magno
candore reddebat. Neque ea virtutis
exercitatio domesticis parieti-
bus circumscripta, non aliquando
palam prodibat. Alij stipem pete-
bant ostiatim; alij ægris in valetu-
dinario aderant; alij ad Saracenos
verba facere, vel amore Christi ali-
quid emendicare iubebantur: quo-
rum aliqui ab ijs lapidati domum
redibant, patientiæ modestiæque
exemplo clariores. In his virtuti-
bus inque crucis desiderio eos Gas-
par instituebat: itaque Magistro si-
miles, alias Arabiam, alias Persidē,
alias AEthiopiam, Martyrij sedem
designabat, ambiebat, postulabat.
Et certè videtur hīc mihi Gaspar
Conimbricensem illum in suis ini-
tijs estum, quem sub P. Simone con-
ceperat ipse cum alijs, huc Armu-
ziā tanto interuallo intulisse, qui cū
ipso

EX
me-
tutū
tio-
rat-
tum
gno-
rni-
eti-
ndo
ete-
etu-
enos
ali-
guo-
num
que
uti-
Gas-
o si-
idē,
dem
pat.
par
ini-
con-
mu-
i cū
ipso

LIB. II. CAP. XXII. 259
ipso telluris calore certaret, ne
plus ardere corpora quam animi
viderentur. Erat praeter hos senicu-
lus quidam, vir honestus, qui post
institutam Gaspari peccatorū con-
fessionem abire Collegio noluerat,
sed in eius obsequio, licet è nostris
non esset, versabatur, quod diceret
alibi se nusquam posse conquiesce-
re. Ex ijs, qui tandem ad nouem aut
amplius excreuerunt, quinque Ar-
muziæ sunt mortui, vel aëris ini-
quitate, vel etiam, ut ipse Gaspar
testatur, nimio feruētis animi im-
petu, quod plura quam quæ à Gas-
pare permitterentur, audebant. A-
lios ipse vel secum Goam duxit,
vel Armuziæ successorib' reliquit.
Et sanè usus deinde docuit, Armu-
zianum cœlum Collegio non con-
uenire; & hoc ipse Gaspar deinde
agnouit: nihilominus aliquot ibi
habuit, de quibus initio libri se-
quentis, successores, qui domum
illam aliquamdiu inco-
luerunt.

CAPUT

Conuerstiones aliquot rariores.

MAGNA fuit, vt antè sèpè dixi, in multis animorum mutatio: quare priusquam Armuziā cum Gaspare discedamus, aliquot insigniores, quas ob materiæ similitudinem huc consultò reseruauimus, exarandæ, reliquis suo loco collocatis. Præter eas, quas suprà retulimus, admirabiles hominum metamorphoses tot fuerūt, quot fuisse credibile est in ciuitate sic repente immutata: harum quatuor nec plures, è quibus ceteræ colligantur, delegi. Ludentem fortè quendam, quòd non ex animi sententia succederet, tantus furor inuaserat, vt iurare, blasphemare, negare, quicquid in cælo & in terra esset, iam pænè videretur. Transiit tum fortè Gaspar (quanquam fortitum esse non poterit, quod narratur) & hominem intuitus, admiratus est primò ferorem, deinde ipse quoque alijs verbis furere ac

tona-

tonare aggressus, acriter cœpit hominem suæ impotentia incusare. Quid plura? hoc verborum fulmine ad Patris pedes afflictus veniam petiit, ac non solùm in futurum abstinere pollicitus, verùm etiam sāctè affirmauit, se à Patris latere nullo vñquam euētu discessurum. Nec flamma fuit eodem propè momen-
to collucens ac disparens, sed verū constansque incendium. sic institit apud Patrem, donec ab eo est in vi-
uendi consortium admissus, in quo
vitè sanctitate id confirmauit, quod in sacris litteris dicitur: Vbi abun-
dauit iniquitas, superabundabit &
gratia.

Sed ille non solus fuit. fecerat Pater verba ad populum magno, vt solebat, animi ardore: sed tamen quia de cruce, suis amoribus, loquebatur, longè vehementius dixerat. proposuerat crucem se duce omnibus per vniuersam Turciam, Persidem, ac Arabiam deferendam, vt vel eam Mahometani adorarent, vel certè, quod optandum erat, ipsi-
met

met in eam agerentur. Fuit è cōcio-
ne vñus aliquis, qui cū verbis cru-
cis quoque amorem hauserat, vt
descendenti Gaspari ad pedes acci-
derit, qui fletu magis quām verbis
palām se cum eo moriturum pro-
testabatur: itaque petebat, vt extē-
plo ad eam mortem crucemque
quārendam, cuius desiderium ferre
diutiūs non posset, mitteretur. Is
deinde hoc saltē impetrauit, vt len-
tam crucem & continuam in edo-
mandis animi perturbationibus
mortem, sub Gasparis disciplina
pateretur.

Sed tertius sese supra ceteros vi-
detur extulisse. Is erat iuuenis, ni-
miūm in cultu corporis cōptulus,
ac propē puellaris. adfuit is fortē
Patris, de mundi contemptu, con-
cioni, cuius verba tantum potue-
runt, vt mox à concione palām se
exuerit, vestem cum paupere com-
mutarit, ipse distributis quoque
fortunis suis mendicato victitarit.
Noctes porrò totas ad publicāe cru-
cis pedem transigebat, ibi requiem

quā-

quærens, ubi ceteri laborem inueniunt; dies ægrorum obsequijs totos consecrabat. Ea viuendi ratione hoc maximè, quod quærebat, est cōsecutus, à mundo non cōtemni minus quā vicissim contemnere: vulgo enim egere cerebro putabatur. Sed nimirum eum ad se venientem Gaspar pro sapiente habuit, & rogantem in suum commercium admisit, tanta hæc ad perfectionem rudimenta tanti magistri lima expolitum: quod abundè præstitit, cùm perpetuis crucis necisque pro eius honore subeundæ desiderijs ageretur.

Sed neque possum non inter hæc enumerare Sacerdotum incolarum subitam in Gasparem conuersionē. Satis conueniebant cum Gaspare, quippe qui tantum illis deferret. vnares eos torquebat; passim solitos anteà sibi confiteri ad Gasparem diffluere: eam rem enim uero, vel quæstus causa vel alia qualibet ferre non poterant. vulgo eos à Gaspare auerti, ad se allici
crede-

credebāt. Auxit eā rem Monajano-
rum militum Gaspari confiteri vo-
lentium verior pertinacia, quām
pietas. Itaque conferunt capita, se
deseri, sperni, vnum Gasparem in-
ore esse. quid remedij? tum nescio
quo dicente, (numine afflatum pu-
to) nemini hoc mirum videri debe-
re, Gasparem innoxium esse; sed eū
esse iam Societatis æstum, quæ vitæ
modestia humiliore loco sita oēs
ad se velut fluctus confluentes ad-
mitteret: itaq; conquiescere melius
videri, & potiūs Gaspari fauere ac
gratulari, sicubi opus erit, etiam o-
pem ferre. Acquieuerunt reliqui, &
vnanimes ad Gasparem venerunt,
operam suam, qua in re vellet, libe-
raliter offerentes. Hæc Gaspari Vi-
carius ipse narrauit, miranti tam
subitam eorum ad se cōuersionem.

CAPVT XXIV.

*Rebus admirabilibus Gasparis cona-
tus Deus sape promouet.*

MULTA sparsimus eiusmo-
di, nec spernenda: sed præ-
clara

eliora quæ videntur superesse, non sunt silentio prætereunda. Nā præter nocturnam illam apparitionem, votum ægritudinis auditum, fugientis febrim, miracula Monastica, Saracenum Lusitanæ linguae quam ignorabat interpretem, Ioguem ad fidem conuersum, mortem pertinaci prædictam, Præfectum Corano fauentem, & alia sexcenta (tota enim eius Armuziæ vita cōtinuum videtur fuisse miraculum) alia multa, memoria & admiratio ne dignissima, contigerunt: sed tam non omnia ad posteros peruererunt; ea ferè solūm, quæ Gasparis modestia transmisit: cuius miracula Patris cuiusdam nomine non suo narrata, Dei prouidentia proditæ fuerunt, ne fortè quisquam de quolibet alio dicta posset arbitrari. Id quomodo patuerit, mox dicendum; nunc ex multis pauca proponamus.

Vir erat frequens Gasparis auditor; is ut maximè se cuperet dæmonis vnguisbus, quibus iam diu te-

M

neba-

nebatur implicitus, explicare, tam
 men in abitum Gasparis perniciose
 consilio peccatorum expiationem
 differebat, pudoris quam erat subi-
 turus infamiam vna cupiens con-
 fessione superare, ne deinde quo-
 ties Gasparem videret, erubescere
 cogeretur. Sensit Pater dolum, &
 denique perfecit, vt quod non au-
 debat, auderet: sed quum vnuis non
 esset dies confitenti satis, Gaspar
 rem studio in plures dies proroga-
 bat, vt & omnia emungeret, & ho-
 minem salutaribus subinde poenis
 ad veniae beneficium præpararet.
 Vnam ex ijs poenis cùm fortè nocte
 concubia expleret, subito cubiculi
 fœdis quibusdam & horribilibus
 feris compleri cœptum; eæ hominē
 propè exanimem deterrere, cinge-
 re, & in eas denique angustias re-
 digere cœperunt, vt iam pænè des-
 perabundus, non satis, vbi anchora
 fidei figeret, inueniret. Denique
 Deo adiuuante vnam Christi Do-
 mini effigiem, quam ante se habe-
 bat, arripuit: ac velut qui iam

iam-

Spectro
 horrifico
 quidam
 ad me-
 liorē vi-
 tam im-
 pellitur.

AEI
, ta-
cioso
nem
subi-
con-
quo-
scere
, &
a au-
s non
aspar
oga-
z ho-
oenis
raret.
nocte
iculū
libus
minē
inge-
as re-
e def-
chorā
nique
Do-
habe-
i iam
iam-

iam iamque submergendus in vni-
disvolutatur, si quid arripuerit ita
tenet, vt omnino non dimittat: ita
ille hanc imaginem amplexatus Ie-
sum etiam coepit implorare. Ad ea
vecem foedi spiritus foetorem &
ingentem fragorem edentes diffu-
gerunt, in perpetuum superati; nam
ex eo tempore magnam animo pa-
cem a peccatis absolutus semper
sensit, & in virtutis semita, quam
ingressus erat feliciter, ad finem us-
que perrexit.

Illud in anima curada fuit mira- *Missæ fæ-*
bile; q̄ sequitur, forte fuit admirata *cto sacri-*
bilius in corpore. Lusitani cuius- *ficio agræ*
dam primarij hominis filius ad ex- *sanct.*
trema iam peruererat, cui supra fe-
bres, mortis causam, oculus alter
planè excauatus putruerat, nec iam in
medicis vel arte præsidiū. His ergo
damnatis ad Gasparem diuinæ opis
causa pergit, rogat, vt pro salute fi-
lij Missam in Deiparæ inuocatione
faciat. fecit; & ingens miraculū! Eo
ipso die sub expletum sacrificium
puer a febribus liberatur: sed

M 2

nec

nec satis excidentibus eodem tempore ex affecto oculo squamis quibusdam crassioribus, alteri simillimus & planè integer remansit. Accurrit parens gaudio plenus, Gaspari rem narrat & grates agit: sed Pater doctum hominem, ut Regi-
lorum Reginam huius auctorem agnoscat, abs se dimisit: factum in-
terea, quod facilè euolauit, sua mo-
destia continens. Puerum deinde
illum iam virum ac parentem in
Lusitaniam reduces P. Franciscus
Gouuea, Lusitanicæ Prouinciaæ Pre-
positus aliquando Prouincialis, iā
mult s' antè annis conuenit, filium
vidit, & à parente filioque miracu-
lum audiuit, qui tum in D. Iacobi
de Cacem morabatur. Eū ego dein-
de P. Gouueam Vlyssiponæ conue-
ni, à quo de re ipsa, quam etiam P.
Lucena ab eodem audiuerat, sumi-
terum confirmatus. Atque hoc po-
tissimum est, in quo Gaspar, ita Deo
volente, qui hoc inter cetera tan-
quam de alio narrat, est deprehen-
sus: nam cùm cetera eiusdem esse
refe-

referat, omnia necessariò Gasparis
ope à Deo perfecta concluduntur.

Eodem missæ sacrificio, vitam a- *Alium*
mico cuidam suo ita mirabiliter ac *item eo-*
subitò reuocauit, ac si ad vitam ve- *dē mode*
rè mortuum suscitasset. Sed neque *sanat.*
omittendum est, qua ratione im-
portunum à muliere vexatorem di-
abolum abegerit. Maritus huius ad
Gasparem venit, narrat horrendis
coniugem spectris ad extrema iam
perductam; rogat insuper, vti Gas-
par ad eam Euangeliū recitaturus
venire ne grauetur: nec abnuebat
ire, sed negotia non ferebant. Ne *Energus-*
tamen hominem à se sine subsidio *menam*
dimitteret, scriptis paucis illis vo- *liberas.*
culis, quibus missæ sacrificium con-
cluditur: Et verbum caro factum
est, &c. hominem docet quid facto
opus sit. Vadit ille plenus fide, de
Gasparis nihil dubitans sanctitate,
sacra hæc verba mulieris collo ap-
pendit. nec mora; dæmon sacro-
rum vim verborum, nec ipsam Gas-
paris manum ferens, abire iussus, i-
pso momento abiit, mulier eodem

270 VITAE GASP. BARZAEI
cum antiquis viribus & salute sur-
rexit.

Sed Dominus, qui alijs ope Gas-
paris salutem restituebat, ipsius
quoque conseruauit, et si Armuzia,
ut accepimus, æger fuit non parum.
& quid mirum in ijs laboribus? Ego
tamen planè pro miraculo habeo,
quod ab ipso narratur: dicit enim
socium suum Raymundum Perei-
ram, cùm propè ab æstu extingue-
retur, & ipsi libri ac mensa in qua
Gaspar ipse studebat, pænè arderet,
ut vix manus eum æstum contactu
ferre possent, tamen eo tempore
non modò non æstuasse, sed etiam
fricisse; vnde & præter interio-
rem talarem thorace etiam indu-
batur. Sed nimis vires dabat ei
Dominus, quas tam utiliter expen-
deret; quas sæpè negat ijs, qui ni-
miùm de se solliciti Deum ipsum
incuriæ pænè videntur incusare.
Hæc & plura alia, quæ Deus per
Gasparem perfecit, lubet præclaro
P. Ludouici Froez, Iaponij illius hi-
storici, & Gasparis in Indica na-
uiga-

nigatione comitis, testimonio con-
cludere. Ille enim post eius morte,
post enumerata multa ab illo præ-
clarè gesta, in epistola in Europam
de miraculis, quæ Armuziæ conti-
gerunt, hæc habet: Evidentissima, *Elogium*
quæ Armuziæ contigerunt, mira- de Gas-
cula non explicabo, indignitatis *pare P.*
meæ conscius: nam cùm bestiæ si *Ludouï-*
montem sanctum tetigissent, lapi- ci Froez.
dibus obruebantur, ego me dignio-
rem reprehensione existimarem, si
impuris manibus meis ad res istas
sacras accederem.

CAPUT XXV.

Qualem Armuziam reliquerit.

IN TISS' extrema si comparaue-
ris, facilius videbis, quantum
inter vtrumque sit discriminis:
quod discrimen è quotidianis ægrius
conspicitur incrementis. Ac si virū
cum puerο contuleris, facilius vi-
debis quid intersit, quām si discri-
men sæpius aduertere volueris.
Quantum itaque initio Gaspar do-
luit atque fleuit, tantum iure nunc

M 4 posset

posset exultare: sed quoniam ille
quæ retro sunt obliuiscens ad ante-
riora se extendit, nos interim hoc
ultimo capite, priusquam disceda-
mus, totam ciuitatem è mentis spe-
cula perlustremus. Quæ perfecit,
video in duobus ferè constitisse: nā
vel mala sustulit, vel bona substi-
tuit; & ea bona vel secum velut
mobilia extulit, vel velut immo-
bilia Armuziæ reliquit constituta.
Supinam illam ignorantiam rerum
diuinarum, cum puerorum, viro-
rum, mulierum, negotiatorum, Iu-
dæorum, Saracenorum, Gentilium
institutione, qualem vidimus, com-
mutauit. Omne libidinis genus, cū
ea puritate, flagellationibus, cili-
cijs, ieunijs, cum quibus illa consi-
stere non potest, conuertit. Inimi-
citas in pacem, in amplexus, in
supplicum amicitiam domi, pro-
viciis, pro foribus ædis sacræ trans-
formauit. Auaritiam substituta iu-
stitia, restitutionibns & eleemosy-
nis proscripsit. Contractus nefar-
ios sacrorum reuerētia Canonum
existir-

exstirpauit, Mahometanorum ora
conclusit, Coranum clausit. Iudeos
repressit, Gentilium capita expug-
nauit, Christi cultum, qui præ ce-
teris iacebat, præ ceteris erexit: &
denique, ut non erat malorum finis,
ita nullus esset ijs enumerandis pe-
stibus, à quibus ciuitatem vindica-
uit. Sed quum non satis est à malo
declinare nisi bonum feceris, hæc
ipse bona præsens pariebat ciuitati.
Quotidiè doctrinam Christianam
explicabat, ægris aderat, confessio-
nes excipiebat, catechumenos in-
struebat, baptizabat, custodias pu-
blicas visebat, cuiusque sectæ res
statis cuiq; diebus procurabat, Do-
minicis & festis diebus ter concio-
nabatur; manè ad populum, vespe-
ri ad seruitia, tum ad ægros. Hæc
verò etiam iam in morem inducta
dereliquit, successoribus satis ne-
gotij datus, vt ea quæ cœperat,
persequantur, vix ullum industriæ
nouæ angulum reliquum faciens,
quem nō occuparit. Doctrinæ Chri-
stianæ quotidianam, vt dixi, expli-

M 5 catio-

cationem; sub noctem nolæ pulsū, quo mortales noto iam carmine ad preces pro ijs, qui suorum criminū poenas luunt, excitarentur; simul & pro his, quorum iam animi letalis peccati vulnere interierant. Quod quām effet salutare, si alibi iam usurparetur, & nocturni circitores sacrum aliquod carmen, iussu Magistratus, pro lasciuo aut inepto filijs tenebrarum occinerent! Præter hæc, tres conciones, Sacramentorum frequentationem, quæ non solum antè in vsu non erat, sed per ludibrium & impietatem, atque irreuerentiam prorsus iacebat, usque adeò, ut Præfектus ipse sermonibus hominum ab ea se initiò deterritum fuisse fateretur. Feria sexta sollemnem illam cum frequenti flagellatione concessionem de tormentis ac morte Domini, Supplicationem, Virgines multas collocatas, Valitudinarium instructum, Sodalitij Misericordiæ domum auctam, Cleri aliam faciem, Aediculam sacram pro infami Misquita, Iesu Boni

Boni Collegium pro Iogum fano & cauernis, denique Armuziam iam aliam, ac ita dissimilem, ut si ea mutatio corporeis oculis conspici potuisset, nemo eam agnouisset. Sed ad extremum maximi prodigijs loco pono, hæc omnia ab uno homine trium annorum spatio perfici potuisse, quæ vix potuissent toto illo spatio cogitari vel optari. Ego sanè ita arbitror Platonicam illā Republicam, aut illam Thomæ Mori Utopiam, sicubi est, hīc fuisse cum omnibus suis numeris, si religio-
nem species, à Gaspare
constitutam.



VITAE

P. GASPARIS
BARZAE I
BELGAE
LIBER TERTIVS.

CAPVT I.

A B. Xauerio in Iaponiam euocatur.



INTERIM dum Armu-
ziæ Gaspar rem Chri-
stianam, vt dixi, tan-
toperè promouebat, eā
B. Xauerius, vnicum il-
lud Orientis lumen in Iaponiam
inferebat, & secundis progressibus
res eò proceſſerat, vt iam non suffi-
ceret ipſe Xauerius; itaque promissi
memor & Gasparis, ex Iaponia illū
ad ſe tanto locorum interuallo in
auxilium euocat. Ex litteræ, Gaspa-
ris gaudia, cùm ad nos peruererint,
viſæ ſunt huc inſerendæ; tum quia
breues, tum ne pereat illud, quod
tan-

tantis votis exspectarat, eius virtutis testimonium vel zeli monumentum.

*Gratia & amor Iesu Christi Domini
sit semper nobis auxilio & fa-
uori, Amen.*

PROPTER eam, quę est in hoc Iaponiæ regno, ad augendam sanctā fidē nostram, animorū comparationē, satis vestroru desideriorū cōscius, & zeli, quo in subfidium animorum præditi estis, in Domino confido, vos ijs virtutibus ac animi demissione præditos esse, quib⁹ freti id exsequi possitis quod optatis. Itaq; vobis mando in virtute S. Obedientię, pro maiori merito vestro, vt si modò ea sitis corporis valetudine, vt explere possitis. Tu P. Gaspar, Balthasar Gage, & Didace Caruallo in Iaponiā veniatis, eā in partē in qua tunc ero; quod erit, Deo volēte, Meaci. Vos igitur, Balthasar Gage, & Didace Caruallo, eo in itinere Gaspari parebitis, à cuius ego prudētia modestiaq; ex-

M 7 specto,

fore, ut huius muneris benè explēdi curam gerat. Et quoniam de vestro aduentu non dubito, quia sancta in vobis ad eam rem noui voluntatis animique promptitudinem, vel ad obediendum, vel ad offerendum in sacrificium vitas vestras pro illi amore, qui primum pro nobis posuit suam, plura non dico, nisi quod ego vobis magna cum spe præstoler, ut in his partibus nos largiente Domino coniungamus, firmata manu charissimi in Christo fratris vestri. Cangoximæ 5. Nou. 1549.

Franciscus.

Litteræ illæ ad Gasparem venerunt sub finem sui illius triennij, cum iam de Iaponia propè desperas, alia multa designarat. Non facile potest exprimi, quantum ex ea re Gaspar gaudij, quantum exultationis conceperit. mox enim illi labores omnes anteacti excidebant: in alios maiores animo se extendebat: ab æstu Armuziano ad frigus Iaponicum ita anhelabat, ut quibus

per

per ignem & aquam transeundum
est in refrigerium. Itaque nihil a-
liud cogitare, loqui, somniare pote-
rat. iam illam famem, iam illos in-
sipidos cibos, iam illa sputa, conui-
tia, lapidationes, cruces denique Ia-
ponicas sibi proponebat. De sua ve-
rò lætitia ipse Gaspar sic scribit: O
fratres charissimi, iuuate me ad lau-
dandum Dominum, qui fecit misericor-
diam cum seruo suo, & impleuit de-
siderium meum. Iam diu me Spiritus
Sanctus eò inuitabat. Sed tamen nec
ipsa quoque Iaponia sex & sexagin-
ta regnis diuisa, eius animum con-
cludebat, non quindecim illæ Pro-
uinciæ totius Chinensis regni va-
stitas arctabant; inde in Tarta-
riam, superatis quâ montibus, quâ
muriis, vetito vtrimeque saltu, e-
uolabat. Inde ne quas ante regio-
nes designarat, relinquere, in Per-
siam, Armeniam, Turciam, & dein
de in Europam, Romam usq; animo fe-
rebat, ut quaquaversus animi sui
faces aliorum animis inijeceret. At-
que hæc à nobis non augendi causa

orato-

oratoriè dicta sint, sed historica veritate: ita ille sentiebat, scribebat, loquebatur; ita eius temporis scriptores de animi eius magnitudine loquuntur. Itaque cùm ad discessum sese parat, ne Armuziam iterū redire cogamur, de successoribus eius pauca, ad finem usque huius tam celebratæ missionis subiiciemus.

CAPVT II.

De successoribus Gasparis in Armuzianamissione.

ANTEQVAM Gaspar Goam rediisset, quoniam ita Goensi Rectori mandarat B. Xaverius, mittitur, qui reddituro Gaspari sufficiatur, P. Gonsaluus Roderiques, sub medium mensis Septembris anno 1551. paucis diebus postquam in Indiam appulerat, quò ille Gaspare iam Goam nauigante,²⁶ Nouembris die Præsentationi B. Mariæ sacro peruenit. Porrò non est prætermittendum, quod in eius itinere admirabile contigit. Pyratæ,

(Non-

(Nontaques vocant) leue nauigij *Miracu-*
genus, quod ipse Masquate conscen-
derat, insequebantur omni conatu,
ac magnum sagittarum imbrem iam
è proximo depluebant: positis Ro-
deriques genibus Deum cùm o-
rasset, sagittæ ab omnibus retror-
sum agi visæ, & è tota naui nemo,
non ipsi Nautæ Arabes, qui nauim
regebant, quicquam ab eis accepere
detrimenti; sed nec Pyratæ, licet le-
uibus quoque nauigij mirè conté-
derent, potuerunt assequi: atque ita
re infecta redierunt. Ea res ab o-
mibus habita est pro prodigo eui-
denti: hoc auspicio in ciuitate benè
copta à Gaspare, pro sua pietate ac
zelo egregiè promouit, donec fe-
bribus & labore pñè absumptus,
quem auxerat cœli grauitas Patris
valetudini mirè aduersa, Goam est
à Gaspare cum socio, qui item æger
erat, reuocatus.

In eorum locum P. Antonius de
 Eredia Cocino, & Alexius Madeira
 submissi anno 1553. qui cùm secundo
 Aprilis discessissent, Armuziam 20.

Maij

Maij tenuerunt. Eorum iter etiam celebriori miraculo est honestatum. Nam cum diurna malacia in dis-
crimen adducti essent, ob cibario-
rum egestatem instituta solemini
per socios supplicatione, ventum &
eum prosperum eodem die impe-
trarunt. Ij quoque hanc vineam
strenue coluerunt. hoc singulare,
quod etiam Regis Armuziani uxo-
res aliquot conuerterint, ipso valde
approbante, vt ex epistola ipsius
Regis ad eundem iam Goam reuer-
sum constat. Illis post annos ferè
tres valetudinis quoque causa, duo
alij Patres, aucto iam nostrorum
numero cum vno socio sunt suffe-
cti: P. Airez Brandaon, P. Alexius
Dias, & Tristanus Arausius. Illis ne-
gotij multum fuit in adiuuāda claf-
fe ad Baharem insulam, quam occu-
pauerant Turcæ, recipiendam missa;
cuius expeditionis primò tentatæ
infelix planè fuit exitus. Nam cum
eo tempore aduenisset classis, quo
insulæ cœlum aliæ admodum salu-
tare, duobus ferè mensibus ita pesti-
ferum

ferum est, ut si quis eo tempore ap-
pulerit, mirum sit ni moriatur; at-
que ex octingentis octo non plures
arma sustinerent, Armuziam redi-
tum est. Ea in expeditione P. Alexius
Dias, quam P. Aires Brandaon supe-
riori, sibi hanc proninciam sumeti,
pænè precibus extorserat, moritur,
commune lue correptus, & pecu-
liaribus sui instituti laboribus op-
pressus. Eius corpus in mare de mo-
re proiectum, solita etiam pro diui-
no amore caruit sepultura. P. Aires
Brandaon mirum in modum cum
classe redeunte laborauit, numero
ægrorum superatus; atque idem
cum alia deinde sed euentu melio-
re sudauit. Huic, cum Goam esset re-
uocatus, P. Ioannes Misquita sub-
missus est: cui denique in Armuzia-
na missione postremus P. Petrus de
Toar est suffectus. Inde cum illo fe-
rè tempore Patres ex D. Dominici
familia pro suo animorum zelo eò
venissent, & egregiè suo munere
fungerentur, visum est superiorib.
Societatis, qui pro multitudine
messis.

messis messoribus carebant, messem illam tantis operarijs commendare: quod factum anno salutis nostræ 1567. sedecim ferè post annis, quām illam missionem inchoarat. Atque ita videor mihi breuiter ijs, qui Armuzianæ missionis euentum scire cupiebant, satisfecisse. Omnia porro quæ dixi, ab alijs ferè intacta, ex ipso Conimbricensi Archiuo, autographorum ipsorum fide erui. sed ad Gasparem redeamus.

CAPUT III.

Armuzia discedit Goam versus.

DISCESSVS Gasparis in Iaponiam euocati iam percrebuerat Armuziæ: vnde luctus in vrbe primum; ab inerte deinde luctu ad eam profectionem disturbandam itum est. Itaque frequentes ad eum amici conueniunt, Gasparem si fieri posset expugnaturi. sperabat enim eo non repugnante se facilius vel Proregis vel Episcopi Goani opera rem vniuersam perfecuros. Eorum in hæc ferè verba institue-

stituebatur supplicatio: Salus, Pa-
ter, quam tu tecum huc attulisti, ~~at~~
& discedens elatus es, communis
omnium huc nos ad te adduxit, ut te
ab hac profectio[n]e diuini honoris,
& salutis nostræ machinis, dimo-
ueamus. quid enim iuuat diutiùs
connuere? Ac si quidem nauigatio-
nis diuturnitatem Lusitanicæ pro-
pè parem, procellas, typhones, py-
ratas, cruces Iaponicas, mortem ip-
sam proponeremus, videremur no-
bis abiecte nimis de animi tui ma-
gnitudine sentire, & ipsi ex tot con-
cionibus, de cruce, de martyrio, pa-
rum fructus collegisse: sed aliam
planè viam nobis duximus ineun-
dam. Quis enim ignorat, si de cruce
agitur, nusquam tot tantaq[ue] vide-
ri toleranda, ut ea quæ Armuziæ ne-
cessariò ab omnibus, à te etiam spó-
te tolerata sunt? Itaque videri po-
tes, quod p[re]ce tua liceat, iam æstus
nostr[us] impatiens, homo Flander, fri-
goribus assuetus, in Iaponia Flan-
ciam non admodum cælo differē-
tem querere, prætextu quidem spe-
cioso

288 VITAE GASP. BARZAEI

etioso, sed reuerà ut refrigerium. Ita
censem aliqui; sed iij tuæ virtutis
parum æqui videntur æstimatoræ:
itaque si tantoperè infidelium con-
uerzionem affectas, habes hîc in por-
tis propè, quò excurras, Carmani-
am, ac deinde Persidem, & Turciam
vniuersam, qua ad Christi fidem
cultumque reducta, tuos iam Armu-
zianos ex itinere reuisens, in Ara-
biam ad Ammonitas ac ceteros ibi
populos emigrabis, deinde subinde
ad nos reuersus de Abyssinis cogi-
tabis: & si hoc non sufficit, habes
industriæ tuæ campum, Africam v-
niuersam. Harum gentium iam mo-
res nosti, iam opinionem tui, quæ
ad fructum faciendum valet, ex hoc
emporio quaquaversus, velut ad-
uentus tui prodromum, præmisisti.
Cui non videbitur, tantas spes pro-
fundere, non esse messem disper-
gere potius, quam cū Christo colli-
gere? Sed obedientiæ vim nobis al-
legabis. Itane verò, si hæc noſſet
Xauerius, te auocaret? Virum noui-
mus certos fructus dubiæ spei non

præ-

præponentem. itaque hanc tu nobis
curam relinquas, tu solum in alte-
ram partem æquabilis primi mo-
toris Dei motum exspecta: si nobis
auditis Xauerius in sententia per-
manserit, tum neque nos repugna-
mus. Denique hoc ultimum sit te-
lum & acerrimum, memorem esse
Societatem debere, quorū in In-
diā fuerit à Rege destinata, certè
non ut barbaros præferat Lusitanis:
& scimus ipsi quām in hac re Xaue-
rius non modò sit diligens, sed pro-
pè religiosus. Itaque (quid enim est
quod tecum conniveamus) sic ha-
beto, si à te nihil impetramus, Re-
gem ipsum appellaturos, vim allu-
turos, & si quo modo nobis elaba-
ris grauibus Societatem querelis
(cuius tu existimationem conser-
uare debes) in aula Lusitanica one-
rantes, effecturos etiam, ut ex ipsa
Iaponia vel compedibus vincitus ad
nos reueharis. Neque enim te, mi
Pater, filij tui nos aut carere volu-
mus aut possumus, quos iustus do-
lor in indignationem propè versus

ad

ad has minas adegit; quibus si nec-
dum moueris, nostro silentio, voce
iam gemitibus interclusa, mouea-
ris. Hæc & similia plura communis
omnium excepit comploratio.

Quibus Gaspar breuiter ita respó-
dit: Quid facitis flentes & affligen-
tes cor meum? durum est vobis con-
tra stimulum calcitrare: mihi verò,
quod aliqui censem, hoc pro mini-
mo est, vt à vobis iudicer aut ab hu-
mano die. sed neque meipsum iudi-
co: nihil enim mihi conscius sum;
sed non in hoc iustificatus sum. No-
ni enim, quantoperè semper in me
amoris proprij stirpes toties extir-
patæ pullularint. De Asia quod di-
citis & Africa, non displicet: sed
militis nō est, vel hostem sibi, vel in
conflictu locum diligere. id Im-
peratoris. Et tamen ego neque de
Africa, neque de Asia despero:
at quantò satius est ab extremis
illis Orientis populis initium fa-
ciendo in Chinam, Tartariam, Per-
siam, Turciam & Africam deuenire?
De Xauerio quod dicitis, non dis-
plicet;

plicet; si quid potestis, tentate: ego
 verò iam æquabilis esse nullo mo-
 do possum, obedientiæ pondere in
 alteram partem depresso. Quid
 porrò minas, vim, querelas, com-
 pedes additis; quid aliud peccata
 mea toto triennio apud vos com-
 missa, resque Christiana toties vi-
 trio meo prodita meruerunt? De So-
 cietatis existimatione curabit Xau-
 rijs, qui nullo modo barbaros præ-
 tulit Lusitanis, sed me Societatis
 nostræ minimū à vobis auocat, aliū
 planè, qui in itinere est, suffecturus.
 Certò enim scitote, quemcumque
 sitis è Societate nostra habituri, plus
 eum rebus vestris, quam etiam ego
 consulere voluerim, re ipsa cōsul-
 turū: quod non ab animi modestia,
 sed à veritate profectum, ipse usus
 indicabit. Et quid mirum, si iam a-
 liter iudicatis, cum neminem è no-
 stris antè me sitis experti? Deo et-
 iam hoc prouidente, ne cui libet al-
 teri succederem, Societatis nomen
 obscuraturus: sed præirem poste-
 ris, qui venirent, integra omnia,

B13v

N

nullo

nullo aut propè nullo fructu collecto pro rei magnitudine, relatus. Ita Gaspar, qui nihil suam modestia persuasit, sed etiam magis inflammat eorum animos. Nam ubi nihil impetraturos se videret, prodentes per magnam simulationem aliud vultu, animo aliud coquentes, iam propè sibi satisfactum præse ferunt; ac mox ab eo digressi, vigilias in portu distribuunt, ne forte Gaspar elabatur: quod si tentauerit, amica vis in patriæ bonum inferatur. Ea res vel Gasparem non latuit, vel omnia metuentem in suspicionem adduxit. Itaque cum per eos dies Antonij Noronijæ classis Goam rediret, communicato cum eo consilio, qui Gasparem secum abducere magnopere cupiebat, facile impetravit, ut alibi nauiculam ascendens in prætoriam inferretur, feliciter amicæ ciuitatis custodias eludens. E plurimis comitari cupientibus, tres solum ex ijs, quos iam in conuictum suū, & disciplinam ante receperat, abduxit, eo consilio, ut is

ut in Iaponiam usque comitarentur. Nihilominus prudenter quoque prospiciens rebus futuris, sensim eas res, quas ibi ad animorum salutem censebat oportunas, diu ante comparauerat: eius generis erant facra ornamenta, Diuorum imagines ad aras exornandas, libri perutiles. Nam cum omnia in Armuziano emporio abundarent, prospexit, ne Iaponica egestas animorum salutem retardaret. Eas res clam in nauim illatas Goam detulit, & B. Xauerio, iam spe profectionis Iaponicæ deiectus tradidit, ut quod ipse ire non posset, ea quæ pararat, præmitteret, & illius gentis, quantum posset, salutem promoueret.

CAPVT IV.

Quid in eanauigatione gesserit.

NORONIAE classis (is erat Præregis Alfonsi Noroniæ, qui Greg. Caprali succeſſerat, ex fratre nepos) recepta Catifa ex Rumibus victor Goā redibat; in eius nauim, ut dixi, Prætoriā Gaspar

N 2

CON-

conscenderat, iam Imperatori, iam classi notus; quippe qui ipsum Antonium & reliquos omnes ad duo ferè millia tanto labore expiarat, ut biduò toto aliquandò nō comedere, duas ferè quotidie ad somnū horas vix haberet. Ea prætoria sexcenti mortales vehebantur: quām ideò elegerat, ut & labor & fructus latius pateret. Consueta Gasparis fuerunt officia; sed fructus etiā maior, potissimum in sublatis iuramētis, lusibus, & alijs prauis consuetudinibus, quas ferè secū invehit licentia militaris. Doctrinæ Christianæ cursus erat, pro Gasparis instituto, quotidianis, atque item cetera, quæ toties vix sine tædio repetuntur: sed ab eo tamē nō solū sine tædio nō siebāt, sed magno insuper solatio; potissimum verò, cum iam discrimen adijsent, nescio quod, narrat se magna lætitia perfusum, quòd videret, quorsum hæc à numine immittantur. Et sanè non admodum feliciter nauigasse, vel ex ipso itinere colligi potest. Nam eo

in

in itinere 500. leucarum, quod die-
rum ferè quindecim spatio peragi-
tur, duos menses insumpferunt.
Gaspar enim sub medium Septem-
bris Armuziā soluens Goam tenuit,
sub medium Nouembrem, anno sa-
lutis nostræ 1551. ac fortè itā prouiderat
Deus, vt ea classis tam necessa-
rio auxilio, tāto diutiū magno suo
bono frueretur. Et sanè non vide-
bitur sibi vel Gaspari defuisse. Nā
tantus erat apud omnes ardor Gas-
paris audiendi, videndi, fruendi, vt
non modò qui eadem vehebantur
naui, eum audiissimè audirent ver-
ba faciētem, sed reliqua etiam claf-
sis diebus sacris vela submittens ad
Prætoriam adremigabat, ad quam
festo tubarum sono omnes euoca-
bantur, vt concionantem exaudi-
rent, nec quisquam discedebat, nisi
vbi Gaspar benè omnibus fuisset
apprecatus. Tum denique iterum
velificantes quisque suum iter
peragebat. Quoties autem ad a-
quandū classis portū aliquem capie-
bat, prima Lusitanorum erat cura,

ramis editiorem aliquem locum ad
concionem instruere; prima quoq;
Gasparis erat cura, concionari. Cū
igitur Masquate exscendissent, bis
est ibi concionatus: vltimo porr̄
die plurimi meretricijs amoribus
implicati, pellices suas Gasparis
auctoritate dotatas dimiserunt, qui-
bus ille, ne ad vomitum redirent,
maritos dedit. Inde ad tollendas i-
nimicitias aggressus, quotquot in-
ter se dissidebant, aut se mutuō pro-
uocauerant, quod in tanta militum
multitudine non poterat esse infre-
quens, diligenter conquisitos eodē
die (tantum apud omnes gratia va-
lebat) composuit: ac potissimū no-
biles duos acerrimē inter se dissi-
dentes, & cuius litis causa iam ne-
ces aliquot & alia multa mala in-
tercesserant, eos captiuos liberos
mitti iussit; ac iā sibi mutuō conci-
liatis iusinrandū exegit, positis su-
pra sacrum Missarū volumen mani-
bus, nunquā se aliās inter se mutuō
futuros inimicos. Nec solū illos ē
custodia, sed ceteros quoque eodem
die

die magna ducum voluntate dimisit, quibus Gaspar ita acceptus erat, ut eos regere videretur vniuersos. His itaque Masquate perfectis, vbi Diensem portum tenuissent, non fegnius quā concionibus, quā priuatis exhortationibus, discordes ut redirent in gratiam, persuasit, atque alia ad animarum vtilitatem salutaria: inde Baceainum venit, & mox cum P. Ludouico Froez, recens Christo à Patre Melchiore Gózalues genitos lustrauit.

Baccaino postquam soluissent, illud accidit memoria dignum. Excubabat vbiique Gaspar in proximorum salutem, Deusque gratia sua plures commouebat interiūs. vnuis ex ijs ne permoueretur, obfistebat, ut ne vuluera Gaspari, qui tum aderat, aperiret. Is porrò cùm quadam nocte vigil in lecto iaceret, subito sensit, ac si quis eum compressis fauibus conaretur præfocare; implorat subito Deiparam, & remissus est paululum, sed non omnino sublatus dolor. Cùm igitur tandem

N 4 obdor-

obdormisset, visus est in sopore si-
bi Gasparem videre ac audire quæ-
rentem, quæ doloris causa esset; &
innuentem quodammodo, suum
esse silentium ac peccata, quæ ipse
in faucibus retineret, visus idem
fauces cruce signare, ac simul dolor
abijt. Itaque statim euigilans exiliit
ad Gasparem, quem adhuc Baccaini
versari cogitabat, sed frustra, accur-
rit. post hæc in portum Chaul, ubi
stabat Lusitanicum fortè præsidi-
um, Gaspar ex improviso appulit.
iam Taurilia (ludi genus est apud
Lusitanos) adornabant, & arundi-
nes in discurrentes equites (aliud
ludi genus est) iaciendæ paraban-
tar: subito à ludicris ad seria con-
uersi, viso Gaspare, sub dio pulpi-
tum iuxta ædem sacram D. Sebastia-
no ibidem erexerunt, postulantes, ut
verba faceret; quod & fecit. Idē eo-
dem die sub noctem è Sodalib⁹ Mi-
sericordiæ est rogatus, qui dies erat
tum Diuīs omnibus facer, annuit: &
tantus fuit concionis motus, ut au-
ditores non solum lacrymis, sed

*Concio-
nis eius
quantus
motus.*

pug-

pugnis etiam in se ipsos sœuentes, nouo more Oratori nostro applauferint. Nec fructus minor fuit subito, cum descenderet. Sacerdos ex incolis vnuis ad pedes eius prouolutus, ita collacrymari cœpit, nunquam ut affari potuerit, quorsum aduenisset. Hoc vnius; quod verò dicam, populi est vniuersi. Nam eius feroore ac zelo commoti, mox ab eo Collegium ibidem petierunt. ipse Vicarius ædem sacram, cui iam ex nunc renuntiaret, offerebat: idque ut facilius exoraret, palam positis genibus Gasparem supplex rogabat. populus suis sumptibus Collegium sibi sumebat exstruendum, & sufficiente prouentu dotandum: quod interim dū fieret, quadringētos parados extemplo ad exstruendā Patri ac socio domum offerebant. Quib⁹ Gaspar omnibus post aetas enixè grates, se nihil posse, ac solūm esse abiectissimū Societatis nostræ mancipium, respondebat. Admirabile est, quid eo biduo fecerit, imò nescio quid non fecerit: bis conciona-

tus, confessiones audijt, dissidentes composuit, ægros in valetudinario, in domibus, captiuos in custodijs publicis visitauit; & hæc præter Missæ sacrificium & horarum Canonistarum recitationem. Illius socius Ludouicus Froez, qui hoc iter describit, ad ea obstupuit, ac felicè se, qui hæc videret, existimauit. Inde magnum sui desiderium ac Societatis Chaul relinquens, Goam petijt, ac sub medium, ut dixi, ferè Nouembrem appulit.

CAPVT V.

*Quid Goæ fecerit ad aduentum usque
B. Xauerij.*

GOAM vbi peruenit, Cocinū vnde non nisi Aprili mense anni sequentis erat, uti putabat, soluturus, mox ire meditabatur, quod sese ad iter compararet: sed cùm Goanus Rector (is erat P. Paulus Camers, cui iussu Xauerij P. Antonius Gomez tantisper munus resignarat, dum aliud statueretur, ut dicemus) interim Goæ tantum opera-

operariorum retinere maluit: quo^d planè diuino consilio factum est, vt
Goa perinde ac Armuzia Gasparis
studiorum excoleretur. Itaque, ne esse
otiosus Goæ videretur, multa simul
suscepit ac perfecit; & appellens
(qui enim se contineat inflammata
tus diuini verbi præco?) etiam ante-
quam in Collegium intraret, ipsum
portum vna quodammodo concio-
ne in vicina æde salutauit; inde ad
carissimos fratres Patresque perre-
xit. Postquam autem accepit, con-
stitutum esse, illic nauigationis tē-
pūs præstolari; vetere instituto ad
Christianam doctrinam egreditur,
& nescio cui Patrum aut fratrū no-
lam eripiens, in plateas erupit. Cō-
ciones porrò erant de more, hebdo-
madi singulis, non pauciores tre-
decim aut quatuordecim. Refixe-
rate eo ferè tempore Goensis populi
feruor, vel absentia Xauerij, vel na-
turæ nostræ conditione ad natuum
se frigus reducentis: sed nimirum
vt Gaspar eum accenderet, vide-
batur refixisse. Nam breui ut

N. 6 audi-

auditum est, Armuzianum illum Gasparem, prodigium sanctitatis, in D. Pauli æde verba facere; ad eum audiendum vniuersi confluebant: nec iam capiebant templa; in atria sub dio (quod iam illi videbatur esse sollempne) populus cogebatur. Eo tempore Iubilæum à Beato Ignatio, concedente Pontifice, in Indiam missum, cœptum est euulgari. Gaspar aliquot antè concionibus, & illius rationem exposuit, & quid ad eius consecrationem opus esset, declarauit. Cuius fructus non aliter facile potest explicari, quā si dixerimus, quod ex India tum scribatur, nihil hactenus simile in India visum fuisse. Pœnitentium numerus, restitutions factæ, & id genus alia ideò tacentur, quod iam sub Gaspare vulgaria essent hæc omnia, & sæpè repetita. hoc singulare, ex omnibus vicinis emporijs, Baccaino, Tana, Chaul, Cocino, Cranganore, ceterisque concursum. Interim dum ista Gaspar, Patres quotquot poterat, Goā conuenerat mandato

dato Xauerij, qui abdicato iam P. Antonio Gomez, P. Paulum Camer- tem substituerat, dum Patres com- muni consilio alium eligerent, qui Xauerij locum obtineret. Dum ea scripsit Xauerius, ex Iaponia in In- diam redire, vel nunquam vel certè nondum statuerat: sed mutato de- inde consilio, cùm in Chinensem expeditionem, re Iaponica benè cō- stituta, oculos coniecisset, non pro- mouendæ rei Christianæ magis, quā sanguinis profundendi cupidus, in Indiā statuit sibi necessariò reuer- tēdum: tū, vt quod alijs mandarat i- pse per se faceret, tum vt delectum faceret, vel Iaponicorum auxilio- rum, vel comitum in Chinensem expeditionem. Itaque anno salutis nostræ 1552. ineunte Februario, ad- fuit omnibus improuisus; sed tamē eo gratiор, & maximè in eo Pa- trum concursu oppor- tunus.

CAPVT VI.

*Gaspar totius Indiæ Præpositus Pro-
vincialis creatur.*

VBI auditum est à nostris, Xauerium adesse, tantopere est exultatum, vix ut eos Rector domesticis spatijs contineret, quin omnes sese in portum effunderent. Non minor erat suos videndi in Xauerio cupiditas: sed tamen, ut erat omnium Religiosorum ordinum obseruantissimus iuxta & amicissimus, singulos antè salutauit, quā in Collegium veniret: quò vbi aduenit, salutatis amicissimè obuijs, ad valetudinarium Collegij rectā se confert, quod erat ei consuetum, & ibi salutatum ægrum pænè exspiratēm vitæ salutiique breui restituit. Magna ergo vel eius aduentu, vel Iaponica messe, quā ipse referebat, omnes, sed maximè Gaspar lætitia exultabat; quippè cùm iam B. Xauerium adhuc in sententia permanentem, ac se ad Chinensem secum expeditionem socium delectum co-

B. Xauer-
rius &
grū visit
G. sanar.

gno-

gnouisset, tuta sua omnia arbitrabatur. B. verò Xauerius mirum quoque in modum de tali socio gaudebat. Nam cùm audijisset ac etiamвидisset, quanta per eum Deus perficeret, tantus factus est eius admirator, ut continere se non posset, quin, vir alioqui in laudando moderatus, continuis propè, quoties aberat, eius esset prædicator. Sed non diuturnum utriusque fuit gaudium: nā breui Xauerius, auditio Episcopo ac Prorege Gasparis studiosissimis, ac ceteris Patribus; sed & à primarijs quibusque sollicitatus, breui mutauit sententiam. Adiuuit eam iem alterius, cui prouinciam crederet vniuersam, ferè penuria. Itaque in Gasparem oculi coniecti, & iam omnia metuentem inuaserat suspicio. Franciscus rariūs de China cum Gaspare, de India sæpius, de penuria eius quem sibi substitueret, agebat: porrò iam semel intentatum Goanæ prouinciæ munus, non aliter quam fulgur horrebat. Ergò precibus apud Deum agere cœpit

impen-

impensiū, ne se tanto bono priuaret, ne se tantis malis oneraret: sed nimirum petebat, quod non erat impetraturus, nisi quòd ideo, quia velut Dei maius obsequium petebat, id sanè quod petebat, impetrabat, Deo, vt ait B. Augustinus, cardines desideriorum eius exaudiente.

Quo tempore substitit ibi Xaue-
rius, (substitit autē duos ferē men-
ses ac dimidiatum) multa salutari-
ter constituta, multa pietatis exer-
citia vel reuocata vel frequentata,
non foris minūs, quàm domi: sed
tamē postremis diebus lōgē magis.
Quotidianæ erant propē sub noctē
de rebus diuinis vel collocutiones,
vel cohortationes, quas inter suspē-
sum semper Gasparem ad se quodā
die vocat, ac timidē primū multa
præfatus (sciebat enim quam hoc
illi triste ad aures accideret, quam-
que intolerabile onus esset arbitra-
turus) affirmat primū, se ex ipsa
Iaponia eo animo venisse, vt sociū
eum & Chinensis expeditionis co-
mitem ascisceret; sed sibi planè vi-
deri,

deri, Indiam repugnare vniuersam: Pro regem, Episcopum, Patres omnes, summos & infimos omnis notæ apud se deprecatores fuisse, ne Goa, vbi tantum Deus eius operâ fructū faceret, auocaretur. Itaque videri sibi, eam diuinam esse voluntatem, quæ tanto hominum concursu, tanta hominum approbatione significet, sibi gratius esse in India Gaspar em commorari: quare hoc vrbis fauore feliciter ad Dei gloriam, animorum salutem, Societatis existimationem vteretur; quod ut melius faciat, nemine ipsius conatus retardante, iam sibi certum esse, totius illi Indiæ curam ac suas vices demandare. Ad alia omnia dudum expalluerat Gaspar; sed ad postremū illud obstupuit: & diu cum non posset loqui, filētio suo & vultu magis quam lingua loquebatur. Demum tamen ita respondit, se casum hunc à suis sceleribus expectasse, quæ plus omnino potuerint, quam tot desideria, & tam frequens diuinæ voluntatis significatio; quæ cùm nō emen-

emendarit, dignum se omnino haec
poena cognoscere: & cum iam satis
nōrit rem esse desperatam, ac nullis
precibus locum, eam rem pro suo
rum criminum maximā, in hoc qui-
dem orbe, poenā acceptare. Sed ta-
men alterum, de ceterorum cura,
tanquam nimis atrocem omnino
poenam, & viribus suis imparem o-
mnino, per quicquid est vel in ter-
rā vel in cōlo sacrum, lacrymis, &
quolibet animi conatu supplicem
deprecari, se nihilo meliorem,
quācum cūm ante triennium virium
illi fuarum infimitatem feliciter
ac verē probasset. Supplicem Xau-
rius erigens omnino iubet acquies-
cere, si quidem vellet obedire, mē-
tem omnino suam esse, à qua nul-
lis precibus duceretur, ita sibi di-
uinam in hoc negotio constare vo-
luntatem. Ceterū bono animo
esse iussum spe ac promissis replet;
scripsisse se in Europam, vt inde a-
lium aliquem huic muneri parem
accipiat: qui vbi venerit, munus
illi traditurum, & in Chinam, sed-
to tan-

to tanti per illo urbis feroce, venturum; atque ita hominem à se re iā desperata silentio acquiescentem dimisit.

Conceptum animo dolorem non tenuit Gaspar, sed prodente vultu facile suspicati sunt, generosum illum animum spe sua excidisse. Sed de officio tamen nullus sermo. Paucis inde diebus cum Xauerio frequens Gaspar monita quā scriptis mandata, quā ex ore monentis hauriebat. Porro ubi aduenit discedendi tempus, pridie quām abiuit, sub noctem omnes à Xauerio conuocati; ibi de multis rebus, sed de obedientia potissimum admirabilis habita cohortatio. Demum suspensis omnibus quem sibi substitueret, Gasparem nominauit: quem non huius modi Collegij Rectorem, sed omnium omnino qui tota India vagabantur, & his finibus, Bonae spei promontorio & Iaponia cludebantur, Præpositum Prouinciam renuntiauit: huic insuper omnes omnino facultates sua tradidit;

sicut

sicut eas ipse à B.P. Ignatio acceperat: se quoque ipsum eius obedientiæ & imperio subiçere, ad eius pedes accidens, est sollemniter protestatus, non obedientiæ magis prædicator, quām executor. Idem deinde ceteri, Gaspare singulos amplectente, præstiterunt. Lacrymabantur omnes illi præ gaudio, quod Gaspari lætantibus omnibus sors obtigisset; Gaspar verò ex intimo dolentis animi sensu: quippè videbatur sibi AEtnam humeris suscepisse. Quibus ita confectis, postridiè B. Xauerius Aprilis 15. qui dies in feriam quintā maioris hebdomadæ incidebat, comitibus aliquot vel in Iaponiam vel in Chinam stipatus, ad mare contredit, postquam recondito, ex Ecclesiæ more, in Sacrario V. Sacramento, diuina illius diei officia pergeissent. Ex ijs qui Xauerium comitabantur, fuit Gagus, è duobus, qui Gasparis erant comites futuri, reliquus, Didacum enim Caruallum tabes consumpserat. Qui verò in tam sanctam & gloriosam expeditiō-

nem

nam electi sunt, tantum ipsi sibi sunt
gratulati, quantum reliqui sacra æ-
mulatione inuiderunt: quippè quo
tempore ibi Xauerius substitit, ubi
auditum est comites in Chinam, o-
perarios in Iaponiam desiderari,
quisque pro se non tam Xauerium,
quàm ipsum Deum sollicitabat, à
quo motum aquæ non ipsi minus,
quàm Xauerius exspectarent. Qui
porrò ad sarcinas remanserunt, fo-
lo se desiderio solantes, in templo
pro B. Xauerij salute, & euentu tan-
tæ rei supplicabant; nonnulli etiā
ad mare usque comitati, omnes sua
vota eodem, quò corpora non pote-
rant, transmiserunt.

CAPV T VII.

*Qualis erga se fuerit in eo munere
constitutus.*

NEin eorum, quæ breui tem-
pore in eo munere infinita
Gaspar gessit, commemora-
tione fluctuemus, & in tanta rerum
multitudine sine ordine diuage-
mur, eum ordinem mihi proposui-
ferè

ferè seruandum, quem Ludouicus Froez eius temporis scriptor egregius obseruauit; cui sanè multum vel hoc nomine debemus, quod res Gasparis ab interitu vindicari: quanquam non semel stomachum mihi mouerit, quod animi demissione inutili ab ijs rebus abstinevit, quæ illustriores erant: quarum cōmemorationem cùm alijs cedat, ijs malè videntur suam fidem exsoluisse, nisi quod in ea locorum temporumque distantia, quod crebrò fieri solet, multa perierunt. Is igitur enumerat ea primū, quæ cum nostris, deinde cum ijs, qui nostræ curæ in Seminarijs subiacebant; postrem, quæ cum reliqua vrbe cum laude perfecit. Ego verò primū addam ea, quæ secum ipse, tanquam vnde cetera omnia dimanarint; quæque in epistola ad P. Simonem in Lusitaniam, velut ad parentem ingenuè & consiliij causa scripsit, ea transcribam, tum ad reliqua dicto ordine procedemus. Hoc igitur honoris onere, quod ipse iugū impor-

tabi-

tabile solebat appellare, oneratus
verius quam honoratus, ita præmæ-
re obruebatur, ut iam sibi alius omni-
nò videretur. Tanta in eo erat mo-
destia ac obedientia concertatio, ut
cum ab illa infimus esse cuperet, ab
hac vix quietus in eo munere consi-
steret. Sanè de ea animi alternatio-
ne ac varietate, in epistola ad P. Si-
monem Rodericum queritur, ac se
parùm indifferētem & æquabilem,
in quo animo iugum obedientia
sustinere; quod quidem ipse iugum,
velut grauem suorum peccatorum,
ut aiebat, poenam subiuerat: qui-
bus factum esset, ut id maximè pati
cogeretur, quod maximè abhorre-
bat; & eo priuaretur, quod maximè
cupiebat, scilicet spe Martyrij, in
infidelium conuersionem intento,
consequendi. Sed ita tamen ipse se-
ipsum expugnauit, ut non ideo re-
missior fuerit in suo munere exe-
quendo: quod quidem admiratione
dignissimum est, hominē ita secum
perpetuò pugnantem, & alieno a-
nimo quod sui erat officij peragen-
tem

AEI
uicus
egre-
dium
od res
carit:
chum
missi-
uerit,
n cō-
iat, ij
xsol-
tem-
rebrò
s igi-
e-cum
ostræ
t; po-
cum
mùm
quam
arint;
onem
ntem
fit, ea
dicto
r ho-
npor-
tabi-

tem, tantoperè in eo profecisse, ut excepto vno Xauerio nemo vel à nostris vel ab externis ex India scribentibus inueniatur sic collaudatus.

Itaque mox à discessu Xauerij priusquam ad alios iuuádos aggrederetur, sui primùm ipsius, à quo in ceteros, velut è capite in membra bona omnia oportebat deriuari, curam gessit. Nam ex templo se in cubiculum abdens, aptis Societatis nostræ commentationibus operam dedit; ac tum quidem in ipso meditationis igne reor omnia ista esse cusa, quæ toto deinde tempore, ad proximi salutem admiranda per eū Deus perfecit. Et quid mirum? Erat in eo tanta animi submissio, virtutum omnium fundamentum, quanta ad illud virtutis fastigium erat necessaria. Nihil illo in imperando modestius, cuius consuetudine ne tantillum efferrí visus; mitis & benignus in omnes, in se asper, Xauerij æmulator egregius, cum nullo hominum genere illibentius, quām

cum

cum magnatibus sermonem confe-
rebat; & verò cum nullis magis au-
toritatem retinebat suam. Vulgo
eum magni omnes verebantur. ne-
que enim ipse ab ijs admonendis, si
quando opus erat, abstinebat: cum
infimis quibusque mira facilitate
vtebatur. Interim semper ipse se-
ipsum, spe successoris breui adfutu-
ri solabatur; quam rem ita curauit,
facilè vt appareret, quanti eam æ-
stimaret. Mittebatur eo tempore à
Gaspare, iussu Xauerij, in Lusitaniā
ad Regem & P. Simonem, idem de-
inde Rōnam ad B. Ignatiū, Andreas
Ferdinandez, è Societate nostra, vir
insigni prudentia & virtute; sed ex
ijs quos temporalium rerum Adiu-
tores appellamus: ac simul ibat Ber-
nardus Iapon, homo nobilis, cuius
socius Matthæus, item Iapon, Goæ
iam interierat, videndi orbis Chri-
stiani causa; Fernandez verò, vt
ijs, quos dixi, Societatis in India sta-
tum coram explicaret, necessitatem
proponeret, subsidia impetraret.
Huic Goensi Collegio, præter Ma-

O gistros

AEI
sse, vt
vel à
a scri-
lauda-
auerij
aggre-
quo in
embla-
ri, cu-
in cu-
ietatis
peram
medi-
ta esse
re, ad
per eū
? Erat
virtu-
quan-
n erat
rando
ine ne
& be-
Xaue-
nullo
quam
cum

6 VITÆ GASP. BARZAEI

gistros aliquot vel Philosophiæ vel Theologiæ, petebatur, qui in Xauexij locum è Societate professa, vir magno vſu & prudentia, præfessor Indiæ vniuersæ. Id verò quām erat Gaspari cordi, tum Andreæ corām, & P. Gonsaluez, Indici nuntij baiuilo, per litteras diligenter commendauit, atque ut efficeret, ab illo pro arcta necessitudine efflagitauit: simul in AEthiopiam mitti contendit, cùm iam Rex Abyssinus ad excipiendum Patriarcham, de quo cum agebatur, nō esset comparatus. Ea de re ad B. Ignatium & P. Simonem litteras dedit, quinquaginta Missas huic pollicitus, si voti fieret compoſ; ad Regem item Lusitanicæ, ac quod mirere, ad Preste-Iannem, & ad Lusitanorum in AEthiopia Præfectum. Quid responsi ab alijs accepit, me fugit: at B. Ignatius anno 1554. rescrispsit, posse Gasparem in AEthiopiam ire, si è Lusitania illo anno nemo mitteretur; sibi tamen magis è diuino obsequio videri, ut Goæ remaneret. Sub id tempus in ægritu-

ægritudinem lapsus, omnes maiori admiratione compleuit. Laborabat ex stomacho grauissimè, qui fastidiebat ferè omnem cibum, aut sui munera oblitus, coquere renuebat: laborabat & pectore & tormini- bus, atque ita grauiter, ut proximè abesse periculo omnes iudicarent. Ipse tamen dolores suos dissimulans, omnia contemnebat, & velut, si cum infirmaretur, etiam poterior esset, ita laborabat, ut ea quæ ab æ- gro fieri solita commemorantur, sa- tis iustis occupationibus sanos tres possent distinere. Ter diebus om- nibus sacris concionabatur; semel domi, semel in æde primaria, & ite- rum in D. Virginis, quæ à Rosario: nuncupatur; tertia feria item do- mi; quarta in Sodalitio Misericor- diæ: sexta feria domi iterum. Cete- rùm in poenitentibus excipiendis, proximi salute varijs ac propè in- numeris modis procuranda, nemini cōcedebat. Officij porrò sui mu- nus, negotiorum varietate maxi- mum, maxima cura administrabat;

O 2 atque

atque interim de molestia de sumptibus ægritudinis suæ seriò querebatur, potissimum, si quādo ex medici præscripto sorbilibus ouis sachari paululum, qui ægros curabat, admisceret. Parua hæc quidem, sed apud peritos magnæ virtutis indicia: quæ delibo tantum, & consultò eorum partem maximam, vel multitudine, vel rerum similitudine inductus prætermitto.

CAPVT VIII.

*Noſtros quantum in ſpiritu litterisq;
promouerit.*

CVM non nesciret Gaspar ſacræ messis fructum ab ipsa ferè messorum industria dependere, primùm in eam rem incubuit, ut quos domi habebat, quoniā in ſpes magnas alebantur, magnis quoque ad eam rem ſubſidijs instrueret. Ea è Societatis maximè iſtituto duo cùm ſint, Virtus & Eruditio; ab ea coepit, quæ fundamentum alterius eſſe debet. Oportebat enim vim eruditionis ab ipsa virtutis exer-

exercitatione dimanare. Habebat complures ea tempestate Collegium Goense ferè tirones. Nam qui ex Europa iam ijs instructi venerāt, quæ ad animarum subsidium requiruntur, suis quisque sedibus à B. Xauerio distributi rem Christianam procurabant. Et tamen ut multi essent, ita pauci erant pro ea multitudine, quæ quotidiè ad Societatem petendam confluēbat, ut propè nulli haberentur. Xauerius enim maximo delectu in ordinem nostrum admittebat, nec ea diligentia contentus, quos parum nobis conuenire iudicabat, haud ægrè dimittebat; ita prudenter Societatis integritati consulens, & otiosam multitudinem detestatus. In ea re Gasparem ferè naturâ faciliorem ita imbuerat, ut ipso iam Xauerio difficilior videretur. Et sanè omnibus litteris eum Xauerius ea in re confirmabat, ac si Societatis bonum uniuersum in eo esset, ut est verè, constitutum. Et cùm hoc agimus, non possum mihi imperare, quin Xauerij

O 3 factum

factum vnum (& ad Gasparis historiam pertinet) ad perpetuam in Societate nostra memoriam non præ-

B. Xau. termittam. Antonius Gomez; ut antius P. tè dixi, in Sorbona Parisiensi Theologæ Doctor, concionator eò tempore non insignis solum, sed etiam Gome- zium di- rarus, idem Collegij Goensis ac ce- mittit à Societa- terorum in India Rector, à B. Xau- r. Soc. et. r. ex ipfa Iaponia officio abdica- tur, & à Societate dimittitur. Causa ex Patrum illorum modestiâ vix a- peritur. ea tamen videtur fuisse, quòd cum Prorege & Episcopo, ne- scio quas gereret simultates, & ut erat acri iudicio, sibi nimium tri- bueret, ac quæ conceperat, pertina- ciùs quām quantum Societatis no- stræ modestia patitur, prosequere- tur. Is dimissus, stupente, sed in Xau- erij auctoritate conquiescente ci- uitate, vt erat vir cetera bonus, in Xenodochium se contulit; ibi mag- no exemplo egris famulatur, & no- uis officijs, velut Societatis tiro, re- petit quod amiserat. Sub hæc adue- nit è Iaponia Xauerius, & Antoniū

g. Gomez

Gomez eius vel precibus, vel Pro-
regis & Episcopi fatigatus, in Soci-
etatem recipit, magis ut se ab ijs ex-
tricaret, quam quod eum retinere
statuisset. Dium ergo in ceterorum
distributione amandatur; sed dis-
cedens Xauerius schedulam Gas-
pari reliquit sua manu obfirmatā,
qua omnino mandabat, ut Anto-
nium Gomez à Societate in perpe-
tuum, post tantum à suo discessu té-
poris, amandaret, nec ullius preci-
bus, ut retineretur, adduci se pate-
retur; ceterum auctore ei esset, ut in
Lusitaniam ad P. Simonem, vel Ro-
mam ad B. Ignatium se conferret,
ab ijs Societatem exoraret: nullo
enim se modo velle hominem in
India, ad exemplum ceterorum,
retinere. Factum est, & ille in Lati-
taniam ibat, sed infelici casu: iusto
enim Dei iudicio nauis perire, & v-
nā Gomez, Deo ipso illius quan-
quam ita pœnitentis exemplo, ce-
teros in officio continente. Sed ad
id, quod proposueramus initio, e-
uertamur.

Octauo à Dominica Resurrecti-
one , à Xauerij discessu vndecimo
dic, postquā se Gaspar ipse , vt dixi,
collegisset, bonam sociorum partē
spiritualibus exercitijs suscepit im-
buendam . Itaque ad festum vsque
Ascensionis eam curam socijs ferē
decem impendebat, nec inutilem.
nam, vt scribitur , illi iam Gasparis
afflati quodammodo spiritu, cruces
& alia id genus pro Christi nomine
subeunda spirabant. Eo igitur die
Societatis nostrae vota , vel ab ijs
sunt pro more, qui fecerant, reno-
uata, vel qui nondum fecerant nū-
cupata. Et quidem hoc ordine: Ter-
tia post mediam noctem hora in ēde
sacra omnes conuenerunt; ibi dua-
bus horis piē admodum de religio-
sis votis differuit Gaspar. Deinde
sub sacrum eiusdem, ascendens in
altum Dominus accepit dona in ho-
minibus, quæ quisque rerum sua-
rum, sui corporis & animi, in reli-
gionis ara , caritatis igne in holocau-
sti morem offerebat. Inde ab A-
prili mense ad finem vsque Septē-
bris,

bris, sex omnino mensibus, indicto rerum omnium profanarum iustitio, in spiritualibus exercitijs est ferriatum. Nam toto illo tempore, quo studijs omnino abstinuerunt, Gaspar eos in libro vita, Christi vita commentarye suique notitia, instruebat. Alij statu tempore secesserunt; alij in abiectis officijs humilibusque munijs vel domi vel foris se exercuerunt; quibus in rebus alij alijs sibi mutuò succedebant. Peregrinationes totâ insulâ, mediâ hieme institutæ, & alia multa; quæ Froez cùm nos ad Arausium remittat, prætermisit. Atque utinam non perijssent, primi illius spiritus & disciplinæ Gasparis monumeta!

Porrò inter hæc ipse nihil de solitis concionibus remittés, sub noctem apta cohortatione omnes inflammabat; cohortationem deinde grata & utilis de ijsdem rebus exceptit collocutio; ac de his ferè, ut accepimus: de spiritus paupertate, de crucis desiderio ac medijs ad eas

O. 5. res.

res comparandas, de genuino vel
Dei vel proximi amore; tum deinde
de de dæmonis fraudibus vel dete-
gendis, vel excludendis; ad hæc de
singulis propemodum virtutibus
ac vitijs. Huic deinde collocutioni
succedebat in diem sequentem de
vita Christi meditanda capitum ali-
quot explicatio, quam ipse ex Ger-
sonis Monotessaro, Euangelistarū
ordine, deducebat. Nec interim in
sola virtutum meditatione consi-
stebat, sed etiam eius exercitium
iucunda rerum varietate à singulis
exigebat. Non est quòd hic fructum
à me requiratis. Quando enim Gas-
par cum summis peccatoribus tan-
ta perfecit, quid non idem tanto
tempore tot cohortationibus à dis-
positis iam animis impetravit? E-
lapso deinde aureo illo sex mensū
curriculo, in eunte Octobri, studijs
initiū dedit in hunc modum: Magi-
ster erat vir probus, idem & doctus
utriusque linguae, Petrus Lopez, nō
quidem è nostra Societate, sed qui
tamen Societatis esset candidatus;
sed

sed
hab
min
trar
sine
tur.
post
doct
nitar
præl
vna
fed
omif
pus &
vel n
vel p
diâ h
quoti
tribu
bant,
præst
gebar
vider
quam
cipule
vno c
bitur,

sed vita nihil à nostris, sed neque
habitatione differebat: verūm quod
minus Societatem nostram impe-
traret, legitimo aliquo, sed tamen
sine culpa, impedimento distineba-
tur. Is sex horis, tribus ante, totidē
post meridiem, nostris pro cuiusq;
doctrina in classes distributis, Lat-
nitatis precepta & auctorem aliquem
prælegebat. His etiam accedebat
una sub noctem hora repetitionū;
sed nec interim studium pictatis
omissum. Quidquid extra id tem-
pus & sex soporis horas supererat,
vel necessariæ corporis refectioni,
vel piæ meditationi, vel sacris me-
diâ horâ post cibum colloquijs, vel
quotidianæ Gasparis cohortationi
tribuebatur. Porrò qui tum stude-
bant, ad sanguinis nobilitatem, qua
præstabant, virtutis studium adiun-
gebant. Multa de ijs dicerem, nisi
viderer ab instituto aberrare; quan-
quam ad laudem Gasparis facit dis-
cipulorum ac filiorum virtus: sed
vno complectar plurima. Sanè scri-
bitur, nunquā aliás magis in India

Virtutis studium domi, vel Societatem in exterorum opinione flouruisse.

CAPVT XIX.

Quæ perfecerit circapuerorum institutionem..

IN iuuētutis institutionem Gaspar proximas curas suas collimarat. Multa ergo in hac re memoratu digna, vel iam ab alijs instituta instaurauit, vel ipse primus instituit. Iam erat institutum Goz, ac nostrorum curæ commissum, Seminarium iuuentutis vel Lusitanę, vel mistorum, vel denique indigenarum. Eius instituendi fuerat hoc consilium: quoniam in India Lusitani plures in fidei Regisque obsequio fortiter vitam ponebāt, Regiæ quoque videbatur munificentia, ut qui à parentibus Regis causa destituebantur filij, ijdem parentū causa à Rege non destituerentur. Hoc erat ad iuuentutem quod spectabat Lusitanam, vel ex Indo ac Lusitano sanguine permixtam. Indigenæ porrò

porrò ideo in partem Regiæ muni-
ficiæ veniebant, quòd cùm Lusi-
tani Reges maiorem semper fidei
nostræ quām imperij promouendi
curam gesserint, id ad euertendam
gentilitatem ijs in locis, in quibus
se fere tantoperè probārat virtus Lu-
sitana, iudicatum esset opportunū,
vt pereuntibus paulatim seniori-
bus, feliciores in eorum locum ra-
mi ex eodem trunko infererentur..

Erat Collegium plerumque censem
tum puerorum, quod contiguum
domui nostræ coniunctu solo distin-
guebatur. Eius iam inde ab initio, &
multos deinde post annos ad ætatem
propè decrepitam, P. Paulus Ca-
mers, Italus, socius olim Xauerij In-
diam petentis, summa animi con-
tentione ac fructu curam gerebat,
cum aliquot semper socijs adiuto-
ribus. Vestis erat nigra domi; cum
domo egrederentur, superindue-
bant candidam, cruce purpureâ in-
signitam in pectore; galerus ipse co-
loris eiusdem similem quoque cru-
cem præferebat: ibi legere, & scri-

328. VITAE GASP. BARZAET

bere, & etiā canere docebātur. Pri-
mi quoque erat instituti, ceteras vt
disciplinas docerentur: sed qua ra-
tione id aliter paululum fuerit im-
mutatum, mox dicetur. Eos igitur
Gaspar ac rem totam ordinare ag-
gressus, hæc ferè benè constitutis
addidit, vt cantum non domi solū,
sed etiam in æde sua exercerent: ita
optabat populus, & videbatur hoc
esse ex eius instituto. Itaque pri-
mùm ipse, deinde etiam Paulus sol-
lemini cantu sacrum illis facere cō-
sueuerat; ipsi chorū Gregoriano
cantu, ac diebus festiuioribus musi-
co referebant. Ea res gratissimo po-
puli concursu & approbatione ce-
lebrata est. Instituit etiam, vt ad po-
puli pietatem excitandam, quater
qualibet hebdomadā, supplicantū-
um in morem, ad diuersas ædes sa-
eras se conferrent; horum erat hæc
ratio. Præunte cruce ipsi in can-
dida sua veste cum insigni modestia
sequebantur: canebant subinde, vel
Deiparæ Virgini coronam texe-
bant. Cùm ad ædis alicuius sacræ
fores.

fores venissent, ibi subsistebant, *puerorū*
nec ingrediebantur, ne forsitan of- *feruors*
ficia diuina importunè interpellan-
trent: tum è gradibus puerorum v-
nus, concionantis in morem, Chri-
sti Domini tormenta non sine dicen-
tis vel audientium sensu propone-
bat: & contigit aliquando, vt ex ijs
vnus cum pugnis in faciem suam
inuolasset, ceteros ad id faciendum
non sine lacrymis inflamarit. Oc-
currebant pueris plerumque ipsa
Sodalitia, & domum usque simili
pompa reducebant, concurrente po-
pulo, & huius modestiā, illius vocē
admirante & approbante. Nec nul-
li alij se eodem corporis cultu
inferebant: nam multi pueri, licet
è Seminario non essent, tamen con-
tinuis precibus eundem habitum à
parentibus impetrabant, ac se e-
teris inferebant. Porrò non ea solū
imitatione contenti, sed primario-
rum filij ciuium parentes suos &
Gasparem vrgebant, vt in cetero-
rum contubernium admiserentur;
nec solū precabantur, sed pæ-
ne

330 VITAE GASP. BARZAEI

nè vim adhibebant, sèpè protestati, se Collegio pedem non elatueros, nisi voti compotes factos.

Nec pueri solum hoc contende-
bant. Vir senex vicinus noster, cùm
sèpè pompam illam spectasset ad-
mirabundus, denique statuit in eo-
dem habitu, spretis hominum ser-
monibus de seipso triumphare. I-
taque à Gaspare multis precibus
imperat, ut reliquis admixtus ipse
etiam candidatorum pompam du-
cat candidatus, ac pueris presit, quo-
rum ipse pietatem statuisset imita-
ri. Placuit res Gaspari, quoniam ita
volet. In ipsius seminarij æde pa-
lām puerilem illum habitum, non
sine solemni puerorum cantu, ce-
reum accensum manu gestans indu-
it, ea pietate, qua Religionis habi-
tum susciperet: ac deinde in poste-
rum sedulò, quòd se facturum rece-
perat, præsttit. Eodem quoque pue-
rorum munus erat, funebrem pom-
pam, & reos, qui ad supplicium du-
cebantur, comitari: sed & persæpe
Patres, cùm ferè socijs carerent, ad

ægros,

ægros, ad custodias publicas & alia
pietatis officia deducebant, non so-
lùm comites futuri, sed maximè,
qua ratione eadèm ritè obirent of-
ficia, percepturi. Iuramenta, & si
quid aliud peccaretur, publicè ma-
gna libertate & auctoritate carpe-
bant. Et aderat fortè ex ijs aliquis
Iudenti, qui quoties iuraret, toties
ab eo monebatur: alter importunū
monitorem cum non ferret, neque
tamen ætatem illam dignam suo
furore iudicaret, dextram illi par-
daorum plenam porrexit, nummos
silentij præmium offerens: sed ne-
que ea res animum puerilem expu-
gnauit. Nam constanter respondit,
se neque auro, neque nummis ab-
ducendum à carpensis ijs, quæ vi-
debat non sine diuini numinis of-
fensa committi. Multa id generis a-
lia contingebant. Porro Gaspar, vt
ad eum redeam⁹, miram eorum cu-
ram gerebat: in quattuor classes eos
distribuerat, ætatem ferè spectans;
cuique classi suum è nostris assigna-
rat, qui corporum curam gerebant,
& ami -

& animorum. Denique ea res bellè admodum succedebat: sed tamen neque Indicis commodis, neque Gasparis zelo satis erat. Itaque de novo Seminario cogitat, & suum deinde cum Episcopo, & Prorege consilium communicat; cuius hæc erant ferè capita: non malè quidem pupillorum tenuitati Collegio priore prouisum, sed alterum de gentilitate euertenda per ipsos vernaculos sacerdotes finem hæc ita attingi. Primum quòd cùm non omnia ingenia sint paria, multos Indos ac propè omnes ad superiores facultates ineptos esse, vel ingenij, vitio, vel innatæ leuitatis. Interim permistos ijs Lusitanos acri plerique ingenio, vel vt multitudini cōsulatur, negligi, vel ne ijs negligantur cum inutili turba, sumptus & operam malè collocari. Res sanè vtrique placuit: nam & constabat iā experientiā, Sacerdotij dignitatem, quam indigenæ aliqui consecuti erant, ita ferè ab ijs abiecte haberi, ut iure plerique in posterum ar-
cendi

cendi viderentur, cùm neque vitæ
sanctitate, neque eruditione satis
eam honestarent. Visum igitur Gas-
pari, aliud Seminarium ex altero
Collegij nostri latere exædifican-
dum, in quod è priore Lusitani ac
permixti quin & Indi, qui Rectoris *Semina-*
iudicio digni censerentur, emigra- *riū aliud*
rent; ceteri qui frugem vel ab inge-
nio vel à probitate non sponderet,
ad aliquod opificium illiberale, sed
tamē quo vitam in posterum susten-
tarent, amandarentur; ita tamen, ut
ad iustam ætatem Rectori velut pa-
renti subiacerent, qui non priùs eos
è sua manu mitteret, quām inopíæ
periculum & ætatis euafissent. Cō-
sillum fuit omnino salutare, nec
Prorex aut Episcopus cōsilio mi-
nus quām re iuuerunt; Gaspar quo-
que sumptibus, quā poterat, corrafs
rem perfecit. Eius Collegij visum
est numerum ipso septuaginta duo-
rum discipulorum Christi numero
definire, ut & officio & nomine
in Apostolorum leuando labore
consentirent. Itaque in eo dein-
de

334 VITAE GASPAR. BARZAEI

de Collegio, quod erat institutum, facultates omnes Theologo necessariæ sunt prælectæ. Atque hoc fuit alterum in adiuuanda iuuentute Gasparis inuentum; sed non ultimum. Erant in atrio Collegij male materialia ædes, quæ quoniam nulli usui essent, Gasparis auctoritate pueri eò gratis oës ad legendum scribendumque instituendi inuitabantur, adhibitis ad eam rem è Societate nostra Magistris, rerum temporaliū adiutoribus; & breui numerus excreuit ad trecentos. Interim hac esca ad omnem pietatem ac doctrinam Christianā optimus quisque instituebatur, & pompæ Catechisticæ ex numero sollemnitas non inutilis accedebat. Quotidie illi cum ceteris alumnis sacrificio Missæ interesse iubebantur, & quareatione cum pietate id facerent, doccebantur. Sed neque sic Gaspari satisfactum: nam quotidie meridianis horis tintinnabulo æditiis, eius iussu, vicos obibat, & Christianæ doctrinæ capita vetere Societatis insti-

instituto, reliquos iam coactos edocebat, maxima multitudine concurrente, ac stupente populo, quantum Societas in instituendis suis prolibus laboris susciperet. nam ipse quotidie quattuor ferè horas in id muneris insumebat. Hæc à Gaspare initio instituta non audiùs arrepta sunt, quām tenaciùs conservata: nam ab his ferè initijs ea, quæ adhuc India videt, emanarunt.

CAPUT X.

Fructus eius operâ de reliqua ciuitate collectus.

IVENTVTEM Gaspar curans serebat arbores, quæ alteri sacerdotio prodeffent: sed non ideo tamen putare ramos inutiles, & ceterarum Ecclesiæ plantarum curam negligebat. Imò nihil non audebat, & quod admirabilius est, nihil non perficiebat. Ei⁹ rei causam sibi quādā die apud Ludouicū Froez passus est elabi, cùm rogatus, quomodo tam difficultia perficeret, respondit, quod

quod nihil nisi consulto Deo aggredetur; ac tum quidem eorum omnium quæ auctore Deo cœperat, nihil vñquam non esse ad felicem exitum perductum. Tanti refert hominem sibi diffidentem in solo nomine confidere; cui tamen ita confidebat, vt nihil à se industriæ aut laboris sineret postulari: nam vbi aliter non poterat, ita erat importunus, vt nihil omnino non tentaret. Eius rei exempla subijciam, quæ tū Goæ contigerunt.

Vir erat nobilis, sed idem sceletatus; diu Gaspar eum ad confitendum frustra pellexerat. Quid igitur? non tamen idcirco hominem defecit, sed eò magis vrgere statuit, quò extremam eius necessitatem divinitus, vt ego potius quā fortuitò arbitror, præsentiebat. Itaque hominem quadam die ex pulpito in concione adesse aduertit. Ea mox absoluta, ne fortassis elaberetur, socium mittit, qui rogaret vt tantisper exspectare ne grauaretur, dum se Gaspar, vt solebat à concione colle-

*Gaspar
hominē
nobilem
mox mo-
riturum*

collegisset; habere illum quæ ne- *ad con-*
cessariò cum illo communicet. Ac *confessionem*
libenter ille quidem futuri nescius *co*pellit**,
exspectabat: Gaspar verò consul-
tò, dum concio diffluxisset, præsto-
labatur; qua deinde dimissa, homi-
nem adit, & subitò ait se nō aliud ab
eo exigere, quām peccatorum con-
fessionem, qua sciret eum hoc potis-
simū tēpore indigere. Ille tergi-
uersari ac differre; Gaspar vrgere:
demum vbi aliter non potuit; Sane,
inquit Gaspar, hinc non abibis nisi
confessus; atqui in eum finem iussi
ædem obserari. Tum ille causatus
hoc solūm, se imparatum; Nihil,
inquit Gaspar, agis: possum hunc
defectum quærendo supplere. De-
mūm ille coactus annuit, & Gas-
par hominem audiens, cum iā cras-
sissima, quæque maximè horrebat,
eructasset, vt intentiūs se pararet,
in posterum diem dimisit, absoluti-
onis beneficium tunc promittens;
ille deuorato pudore, ne quæ iam
dixerat, frustra & sine fructu dixis-
set, redit posterodie, atque iterum
iussu

iussu Gasparis tertio: tum denique expiatus, paucis post diebus cum classem concendisset, moritur, mire latus, quod à Gaspare in cælum, ut meritò sperabat, compulsus fuisse intrare.

¶ Alius erat è grege miles, nescio cui peccato illigatus, à quo cū nulla Gasparis admonitione resiliret, viginti cum eo pardais pactus est (quos eleemosynæ nomine conqui-
sui) ut ab eo deinde sese contine-
ret. Nec constantior erat quām so-
lertior; planè in omnem videbatur
occasione intentus, atque ita ve-
nabatur, nulli ut eum fera effuge-
ret. Ac sanè videri poterat nihil a-
liud animo versare, quām de proxi-
mo bene merendi occasione. Ia-
nitor Collegij iussu Gasparis pro-
nostra tenuitate pauperibus aliquid
quotidiè distriuebat; voluit illum ad
eos de re aliqua pia familiariter
verba facere, Christianæ fidei capi-
ta necessaria explicare, ne in cor-
pus esset quām in animum benig-
nior. Et sanè res est imitatione, non
appro-

approbatione solùm dignissimam
nam conciliatis iam præsenti bene-
ficio animis, facilè est quidquid vo-
lueris persuadere. Alius quidam è
fratribus, Antonius Fernandez di-
cebatur, cùm in magnam Saraceno-
rum ac Gentilium seruitiorum cur-
bam, (ea erant Regis mancipia) o-
tiosam incidisset, rogauit, ecquis
eorum vellet fieri Christianus? ac
deinde magno animi feroore ad
eos de fide nostra verba fecit. Et in-
censo fratris desiderio Christus ad-
fuit: nam domum benè comitatus
rediens, & ad Gasparem mirè latus
accurrit, habere se quadraginta vi-
ros, qui simul omnes cuperent fa-
cris nostris iniciari. Letus ea re Gas-
par, quotidie sub vesperum cundē
cum alio Christophoro à Costa, ad
eum vel similem locum submitte-
bat, vt iacto diuini verbi reti, pisciū
quantam Dominus daret multitu-
dinem concluderent; & frequenter
non solum domum redibant. Erat ali-
ud præterea, quod in eadem ciuita-
te Gasparem angebat: tanta mere-

P tricum

340 VITAE GASP. BARZAE I

tricum in publico lupanari multitudo. Ad eas igitur iuuandas animū adiecit. Et quanquam initio in suis foribus obfirmatæ iacerent: constantia tamen Gasparis earum percinaciam vicit, atque breui ad cencum conuertit, earumque deinde pudicitiam, vel maritis custodendam, vel matronis spectatæ virtutis commendauit. Summoperè autem curabat, ne inopia ad scelus adigerentur, & frequenti piorum numerum exercitatione foedas illis ex animo species eximebat; tum verò concionibus adesse iussas sæpè cum reliquis in suorum criminum detestationem & lacrymas exciebat.

CAPVT XI.

De Gasparis eo tempore concionibus.

NON iam ago de multitudine concionum, ac varietate, sed de fructu & approbatione. Concionabatur, ut sæpè dictum est, penè continuo. Itaque quodam die visus

visus est in ea re sibi nimius, in ea
potissimum Collegij & ciuitatis
distantia, & hiberno cælo, quo pro-
pter imbres verebatur, ne populo
esset onerosus; ac etiam, ne tandem
aliquando his aquis eorum feroe
refrigesceret. Igitur statuit omnino
modum aliquem ponere, & aliquot
detruncare. Consilium suum ape-
ruit concioni, monens eos, quod
hoc tempore labori eorum parce-
ret, & conciones aliquas omittaret.
Non tulit hoc circumfusa concio,
sed murmure primum, deinde etiam
aperte primarij ceterorū nomine
reclamarūt. In ijs erat, qui Sodalitio
Misericordiæ prærerat, qui Patrem
interpellans palam rogauit, omni-
nō ut rationem imbrum nullā ha-
beret; ac si quidem ipsi non esset ni-
mis onerosum, potius adderet, quā
minueret. Hanc illius interpellationem
cetera turba secundo mur-
mure, & assurgendo comproba-
runt. Itaque annuit Gaspar, quo-
niam ita vellent; atque in posterum
quidem, cum pluuium esset cœ-

lūm, tum maximè diluuium cōcio-
nis in ædem sacram redundabat: nā
ne fortasse Gasparem sua culpa in
simile consilium reuocarent, eò po-
tissimū tempore constituebant
diem sollemnem in condensis us-
que ad cornu altaris.

De concionum verò fructu actu-
rus, hoc necessariò præfabor, me o-
mninò pauca non eorum solūm quæ
contigerunt, sed etiam quæ ad nos
peruenerunt, hoc capite dicturum,
rerum multitudine & similitudine,
vt aliàs frequenter, persuasum. Ma-
gna erat Goæ mulierum ac puella-
rum in sacris locis frequentia; ac
tum cùm necessariò sine nota abesse
non poterant, tantus erat luxus ac
pompa, vt abesse omnino, quām sic
in diuinum conspectum venire, pre-
staret. In eam rem Gaspar inuectus,
magnam omnino rerum permutationem inuexit. Iam enim multæ
nudis pedibus, vili pallio testæ
non infimæ notæ ventitabant; re-
liquæ multum de vestium luxu po-
suerunt. Ac semel cum Gaspar il-
lud

*Fructus
concio-
num.*

Iud Isaiæ: Eleuatæ sunt filiæ Sion,
 & ambulauerunt extento collo, ex-
 posuisset, atque de singulis ornamé-
 tis cum Propheta differuisset; quæ-
 dam suas fortunas omnes in extru-
 endum Cœnobium obtulit. Alia
 porrò imprudenter quidem, sed ta-
 men ita in se sœuijt, ut à morte non
 multum abfuerit; aliæ multæ fre-
 quenti confessione & communione
 ceterisque vitæ munijs, sanctitatem
 & propè religiosam austерitatem
 æquabant. Atque hæc omnia ex con-
 cionibus resultabant: nam à collo-
 quijs mulierum, etiam B. Xauerij in-
 stituto & suo ingenio, ferè abstine-
 bat, ratus, tempus si non teri, saltem
 in viros utilius posse collocari. De
 lusu, iuramentis, odijs, &c. nullus
 esset finis; & mox alio capite eius
 generis quædam alia occasione di-
 cenda erunt. hoc non omitten-
 dum.

Venerat per eos dies Cellani Re-
 gis Idalcani legatus, Pandita dictus,
 ad Proregem, is ab eo petijt, ut quo-
 niam de Gaspare multa audierat,

concionantem audire liceret; erat enim Lusitanæ linguae peritus. Annuit Prorex, & Gasparem rogauit, uti proximo die sacro verba facere ne grauaretur. Iam dies aduenerat, & cœperat Gaspar, cum intravit Legatus. Ac tum fortè Gaspar hæc Exodi verba exponebat: Solue calceamentum de pedibus tuis: locus enim in quo stas terra sancta est: quæ cū audiret, multum dubitauit, an pedes à Gaspare exuere (quod illis sollemne est) iuberetur. Itaque iam se parabat; sed monitus ad eum audiendum processit: quem auditū magis etiam suscipere cœpit, donec alijs congressibus superatus dedit manus, fidem nostram suscepit, & sollemni ritu baptizatus, Antonius est appellatus.

Sed antequam à concionibus recedamus, peculiarem tractationem requirit sextæ feriæ concio, tot laudibus eo tempore exornata. Hæc iam, antequam Armuziam peteret Gaspar, Goæ instituerat, eius in India primus auctor, eamque, cùm redijset

dijsset, admodum celebrauit. Por- *Sollēris*
rò fiebat in hunc modum: Feria *concio de*
sexta sub horam à meridie quar- *passione*
tam, campano ære (quod etiam Gaf- *institu-*
par curauerat) signum ad concionē ^{ta.}
dabatur; & tantus erat populi con-
cursus, vt augeri templum opor-
tuerit. Concurrebant è vicinis locis
multi, ad duas ferè leucas, qui pri-
diè in ciuitatem veniebant, locum
die sequenti maturè capturi. Tum
deinde in pulpitum Gaspar consce-
debat, ac pronunciato themate,
quod erat semper istud: Multa fla-
gella peccatoris; vna ferè hora de
diuina misericordia, de iustitia, de
peccatis, de pœnitentiâ, verba fa-
ciebat: quâ expletâ, caput aliquod è
Christi passione magno animi spi-
ritu tractabat, ac tum incensis col-
loquijs & Christiana eloquentia
tantas lacrymas ciebat, vt præ plan-
etu necessariò silendum ei esset. Ita-
que ipse quoq; positis in pulpite ge-
nibus, lacrymis indulgebat; popul' ^{verò}
lapidea corda mouisset. Tum eo in

motu sese flagellantum popa prodibat in hunc modum: cancelli concionis tempore cortinis obducti, altare maius oculis eripiebant; diductum cortinis apparebat: Christi in eo crucifixi statua, panno atro obducta, ad aedituo reuelabatur, & ex Sacrario flagellantes prodibant in sua terga acriter saeuentes, quo tempore pueri è Collegio, in arce maioris gradibus, genibus nixi, lugubri cantu haec verba repetebant: mortem autem crucis; ac deinde misericordiam magnis vocibus populo conclamante imiocabant. Quibus expletis Gaspar è pulpito flendi finem & concionandi faciebat: qui vero se flagellarant, in domum nostram sese recipientes abluebant & curabantur. Ea res erat insignis malleus peccatorum, quo durissima quæque corda contundebantur. Nec solum, durante haec quadragesimam, sed toto anno perdurabant. Vbicunque enim erat Gaspar, pietatis exercitationibus efficiebat, ut non minus religiosè reliquum

quum anni tempus, quā apud pios
Catholicos quadragesimale transi-
geretur. Et sanè hæc res tota Gaspa-
ris vita, non sine incremento in sin-
gulos dies maiore, perseuerauit: &
quidquid etiamnum ei⁹ rei tota In-
dia supereft, vestigium eft primæui
illius poenitentiæ ferooris. Sed ad
aliud simile, fructu etiam maius,
Gasparis institutum veniamus.

CAPUT XII.

*Institutionis cuiusdam Sodalitij fru-
ctus ingens.*

SI omnia quæcumque fecit Gas-
par, ad proximi salutem propè
innumera inter se comparen-
tur, non satis scio, an quicquam si-
mile huic, quod sequitur, possit re-
periri: Habebant Goæ, ut ex initio
huius historiæ constat, sacrum v-
num è Sodalitio D. Ursulæ Crani-
um; illudque in India Dominus
multis rebus admirabilibus hone-
starat. Itaque iam Gaspar antequam
iret Armuziam, omnino cupiebat
aliquid ad illius facri pignoris ce-

P 3 lebri-

lebritatem perpetuam statuere: sed hoc eius desiderium Armuziana mis-
sio interturbauit, non etiam detur-
bauit. Cum ergo Goam rediisset,
sua iterum desideria continebat,
quod Iaponiam quamprimum co-
gitaret: sed ubi visum est Domino-
eum Goæ ad honorem suum tanto-
perè promouendum retinere, ac in
eo loco statuere, ubi sua desideria
non solum proponere posset, sed et-
iam exequi; nec sibi, nec urbi, nec
Virgini defuit. Atque diu seipsum
ac Deum consulens, rem aggressus
initio paruam, sed quæ subito tan-
tum excreuerit, ut breui tempore
reliqua eius generis vel tota India,
vel fortasse toto Christiano orbe
superarit.

Fuit ea res Sodalitium non so-
lum Virgini honorificum, sed lon-
gè etiam magis proficuum ciuitati.
Cum autem iam hunc & suo & a-
liorum consilio velut foetum be-
nè conceptum in lucem edere de-
creuisset, consulto de Virginis lau-
dibus, deq; suo consilio verba facit,

86.

ac statuit toto biduo ante Aposto-
lorum diem festum, reliquias illas
& sacrum pignus detegendum, &
populo ad spectaculum proponen-
dum. Auditus est Gaspar, ut semper
solebat, secundis suæ concionis au-
ribus: sed effectus omnium, etiam
Gasparis opinionem superauit. To-
to illo biduo diurnis iuxta noctur-
nisque horis non modò nunquam
defuit, qui spectaret: sed etiam ad-
mirabilis concursus fuit. Vulgo
creditum est, duodecim ut minimū
mortaliū millia confluxisse, sum-
morum iuxta, ac infimorū. Die de-
mum insequente, qui erat in scri-
bendis Sodalibus designatus, Soda-
les inscripti illo die ad quingentos.
Proregi primus locus datus; à quo
mox tantū argenti collatum est,
quantum ad sacri pignoris capsulā
fatis effet. Varij inde varia contule-
runt; ille ceram, ille oleum tota sua
vita, atque filiorum; mulier insu-
per quædam, ad aliud separatim
mulierum Sodalitium instituendū
propè fortunas suas omnes pro-
fundere.

350 VITAE GASP. BARZAI

fundere volebat; verum non est audit. Denique tot erant munera, vereri ut merito cœperint misericordia. Sodales, ne Indicæ liberalitatis æstus alueum mutaret, ac in illud Sodalitium nouo impetu deferretur. Et ita fuisset, nisi Gaspar per se ac ceteros Patres modum posuisset, & obiectis auctoritatis suæ repagulis impetum illum in Misericordia limites reiecisset. Tum Sodales sedati, & à suo metu liberati. Vulgo etiam affirmabant, omnino in Misericordiam munificentia palmam unum præ reliquis Gasparē reportare. Et sanè non erat is Gaspar, qui ex pietate quæstum facere solebat: ipsos homines, non eorū bona, quærebat, qui dicere iure posset: dā mihi animas, cetera tolle tibi. eas, inquam, ex hoc instituto quærebat; nec sua spe excidit.

Cogitabat omnino hunc cœtum adiuuandæ ciuitatis facere administrum, atque adeò iam statuerat ex illo numero (breui enim, res mira, numerus ad duo millia Sodalium

lium peruererat) septuaginta duos viros, velut Moysis adiutores vel Christi discipulos diligere, quos suis subinde temporibus permutteret, quibus vti ad aliorum salutem cogitabat: sed eam rem Sodalitij Misericordiae euertendi planè salutatis instituti metus disturbauit. Nam cùm eam rem agerent ipſi, verebatur, ne alius in alium incurrens, vel aliqua similitate, vel negotiorum perturbatione ſeſe mutuò impedirent: ab eo ergo confilio deſtitit, ſed non adiuuandæ ciuitatis. Quippe, quod septuaginta duobus commendare cogitarat, id duobus millibus felicius & facilius s. i. omnibus Sodalibus commendauit. Atq; pro cōcione, quā ipſe ſuo ſermone, velut freno adducebat vel remittebat, exposuit, quid ab ijs Sodalibus exigeretur: vt nimirum rē Christianā non exemplo ſolūm, ſed impedientis quoque ſceleribus adiuuarent. Deniq; rogauit vniuersos, vti ſcripto neceſſitates vel animi vel corporis, quas in ciuitate ſcirent, ſibi

352 VITAE GASP. BARZAEI

vel è Patribus alicui traderent, vt
deinde conuenienti aliquo remedio
subueniri posset vniuersis. Res sanè
pænè excedit fidè, si non ab oculato
teste, Ladouico Froez narraretur.
Quotidie cum suis quisq; censorijs
tabulis ac propè voluminibus ad
Gasparē & ad alios veniebāt Patres;
odia omnia, pellices, vſuras, periū-
ros deferebant, necessitates quoque
corporis exponebāt. Quibus rebus
ascitis Gaspar in partē reliquis Pa-
tribus, totos dies cū suo quisque so-
cio, cum suis tabulis, quas etiā de-
latorū diligētia in vicos distribue-
rat, vt monuerat Gaspar, ad ea im-
pedienda & tollēda discurrebāt. In-
gētia scribi potuissent hac de re vo-
lumina, si res memoriaz fuisset com-
mendata: sed multitudō scriptores
omnes in desperationē adduxit. De
sublatis solūm odijs dicam, quod
stupebunt omnes, spatio sex non
ampliū mensū, mille & quingētas
controuerrias sopitas fuisse: ac si ni-
mis videtur, addo q̄ addit Froez,
qui semper Patrum socius erat, se
nemp̄,

nempè, licet hunc quoque quem dixerat, numerum geminaret, non arbitrari, ne tune quidem fidem & veritatem excedere. Gaspar alio in loco dicit, pagum vnum suburbani, in quo dissentiebant ad vnum omnes, eodē die ad amicitiā pacemq; reuocatum. Sed & quod dixi, quoniam rem tantam puto, vix ut in cuiusquam possit auctoritate sine bona confirmatione subsistere, hoc luctuoso testimonio confirmabo.

Omnes

lites Go

tollit

Gaspar.

Aderat die quodam Gaspar Iudici, Auditorem generalem vocans; ille apud Gasparem iocosè quæri cepit, se ac omnes suos ad extremā redigi paupertatem. In emporio celeberrimo fuisse nuper lites infinitas, suum ac sociorum lucrum; iam totam illam gentem fame perire: & quidem se scribam illum, qui tum fortè aderat, testem appellare, cuius, ex quo Gaspar & socij in alienam messem falcem iniecerunt, duos alios præ desperatione socios propè ad laqueum adactos, aliò transfugisse, quod in posterum

nihil

nihil in calamo præsidij ad vitam sustinendam esse videretur; duos verò qui superessent, iamdiu famelicos omnem ventum circumspiceret, sicubi spes lucri maioris affulgeat; qui dudum officium vendidissent, si reperti fuissent emptores; vereri se porrò, ne in posterum ea officia, quæ vendi etiam solebant, stipendium à fisco suæ tenuitatis adminiculum emendicent. Annuit scriba, & Gaspar quoque non negavit, se quidem, si posset, ipsius etiam Iudicis caput petiturum: optare verò, ut in ipsis Iudicis subsellijs araneæ pro Iudicibus considerent.

In hunc ferè modum cum ceteris Goæ vitijs agebatur: vnde dicebatur vulgò à primarijs, Gasparem his officijs non solùm ea, quæ optabat, consecutum; sed etiam, quam non quærebat, tantam sibi ac suis auctoritatem famamque peperisse, ut nisi Catholica religione vetarentur, eos Christiani pro Dijs adorarent. Et sanè salutantium & manus vel uestes furtim osculantum, nullus erat

finis.

finis. Nam & saepe prodigijs euidē-
tibus Deus eorum gestis subscribe-
bat. Demones è corporibus à Socie-
tatis Patribus ejeci iam vulgare. Et
quid mirum è corporibus eorum
iussu excedere, cùm tanto plures patrata.
eorum operâ diuina virtus ex anti-
quis animorum domicilijs extur-
baret? Ad inuocationē verò S. Vir-
ginis, extemplo sub initium huius
Sodalitij, tria quatuorve miracula
contigerunt: quæ quia Froez alteri
narranda commisit, nos ijs atque a-
lijs permultis priuauit.

*Miracu-
la fre-
quentia
à socijs.*

CAPV T XIII.

*Quanta passus fuerit in his omnibus
obloquia.*

NON fuissent, vt fuerunt, nu-
minis opera, quæ Gaspar ve-
lut instrumentum perfecit,
nisi fuisset qui his obloqueretur. Ita
enim sunt coniuncta hæc opera, vel
cum inuidia quorundam, vel pere-
grino quodam zelo, atque vt ait A-
postolus, non secundùm scientiam,
vt omnino sine ijs perfici non posse
vide-

videantur. De ijs planè tacuisse, nisi hac in re non obloquentes mihi carpendos, sed patientis Gasparis exemplum proposuisse. Ac primum Iubilegium à B. Ignatio missum, non defuerunt qui carperent, suo carere pondere. id ex eo, quod pendentibus sigillis careret, probabatur; forti scilicet argumento & conjectura, quæ dignum esset patellam perculum. Ideoque Gasparem populo imponere dictabant; sed nihil egerunt. Vulgo enim afferebat quibus hæc dicebantur, tutiūs propè se errare cum Gaspare, quam cum alijs errorem præcauere. De concionum frequentia multa quoque spargebant: quorsum tam frequentes? an populus hæreticus pataretur? Pœnitentiam sextæ feriæ immodicam esse, indiscretam; Gasparem ea inducere in morem, quæ mox essent peritura. Sed quomodo se in his omnibus Gaspar gerebat, operæ pretium est enarrare, & in hunc finem alia breuiter sunt præmissa. Primum sibi ipsi non fidens,

cūm

storî
rund
dole
re de
terrû
uidu
solid
cetei
lenti
suam
sariu
cura
se ve
Gaspe
glor
ad ir
gere
quod
pus e
omni
que e
hil c
sper
bat;
tuus
dolo

cum sine Episcopi consilio & au-
toritate nihil faceret, facile quo-
rundam aliorum obloquia ferebat;
dolet tamen ab ijs, qui promoue-
re debuerant, Euangelij cursum in-
terrumpi: sed dolebat maximè, li-
uidum ut dicitur dentem offendere
solido, & limam non se minùs quā
cetera corrodere. Nam illi ipsi do-
lentibus omnibus bonis famam
suam & existimationem, tam neces-
sarium ad proximorum salutē pro-
curandam bonum, prodigebant. Ad
se verò quod spectaret, sic scribit
Gaspar, quod cum quippiam ad Dei
gloriam aggredieretur, diu antè se
ad insultus dæmonis compararet, a-
geretque diu inę benignitati grates,
quod dignus iudicaretur, qui sco-
pus esset, in quem oblocutores isti
omnia linguaę suę tela machina-
que disploderent: à quibus cum ni-
hil omnino, sicut & à reliquis, vel
speraret vel timeret, ita se gere-
bat, ac si surdus, mutus, ac mor-
tuus esset, ne ipsa quidem obloquia
doloris sensu digna arbitratus.

Ad Do-

cum

Ad Dominum tamen frequenti prece recurrebat, atque ex imo pectore hæc, ut scribit, proferebat: Tuum est Domine hoc opus, quod ex eo queritur aut speratur; tuus est honor & obloquium: tu itaque pro tuo arbitratu succurre; à me quidem supra vires meas nihil exigis, cetera tuæ fidei ac tutelæ committo. Ita Gaspar ex ipsis malis (quoniam diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum) utilitatem suam colligebat. Atque in his vel bonis procurandis, vel malis tolerandis, planè quod Romani suum volebant, Agere & pati fortia, sibi proprium efficerat: quibus rebus distentum breuis quidem eius vita, sed tamē iamdiu matura cœlo, nihil minus expectantem, & vix dum incipiētem ea facere, quæ animo designarat, occupauit. Atque ideo ad gloriosum quoque tanti pugilis obitum orationem conuer-tamus.

CAPVT

CAPVT XIV.

Gasparis mors.

NON decebat tantum Imperatorem Domini exercituū, nisi stantem mori: & ita planè contigit. Nam attritis admodum viribus, cum suo tamen corpusculo dissimulabat, & ad antiquos labores perferendos cùm etiam ante vires animum darent, nunc vires animus dabat. Concionabatur, ut solebat, & quidem decimoquinto quoque die, in æde cathedrali, alternatim, cum P. Fráculo de Macedo, ex D. Dominici instituto. Cùm ergo ea in æde, summo ut solebat concursu, sexto Octobris anno 1553. de eius Dominica Euangeliō verba facere cœpisset (erat autem illa parabola Regis, qui voluit rationem ponere cum seruis suis) subito ad eam reddendam intra paucos dies apparitor morbus Gasparem, sed bene paratum, stitit. Nam cùm inter dicendum deficere se planè sensisset, vi morbi victus, cui iamdiu restiterat, manus dedit,

& bo-

& bona concionis venia strenuus
gladiator, quam bene meruerat,
missionem petijt: quæ vbi dixisset,
re cōfirmans quod dixerat, à se alienatus,
in pulpito lapsus defecit. Accurruunt proximi, & cum maximo
omnium doloris sensu & significa-
tione auxilium ferunt, vt possunt:
deinde mox sibi redditus, velut re-
sumptis viribus iterum ægritudini
resistens, adduci se non est passus, vt
domum deferretur; & suis pedibus
ægrè, sed tamen ad Collegium ve-
nit. Quo toto die magnam alacrita-
tem præ se ferens, videbatur iam
propè morbum excussisse: verùm
sequenti die maximâ correptus fe-
bri, compedibus iniectis in lectuli
ergastulum tantus animus, qui non
nisi conuerso orbe mori cogitarat,
compingitur.

Ea in ægritudine non minùs ad-
mirabilis fuit in patiendo, quām fu-
erat in agendo, cùm ad vim morbi
medicorum sæpe grauiora tormenta
accederent. Nam tantus erat tota
civitate sensus, vt cùm cum omnes

sal

saluum vellent, omnium remedia
 experiri cogeretur. In eo genere
 primas tulit Prorex, qui omni ope
 atque operâ tantum in Indica stati-
 one militem sibi tam necessarium
 bonus Imperator retinere niteba-
 tur. Sed nimis iam emeritis sti-
 pendijs rudem alius Imperator of-
 ferebat. Ea omnia quâ ægritudinis
 quâ medicæ artistormenta tanto a-
 nimo patiebatur, quanto crucem e-
 rat in Iaponia Chinave passurus; &
 hoc solum deplorabat, quod velut
 socors in culcitra moreretur. Sed
 tamen cum Dei voluntate suam v-
 niens, omnino ex medicis quæsiuit;
 ecquid de salute videretur? non esse
 se qui mortem timeret, nisi quia la-
 borum præmium opinione citius
 offerebatur adhuc, ut sibi videba-
 tur, immerenti. Nec medici se felle-
 runt: nam artis suæ præsidia dam-
 nantes, morti, quam nondum phar-
 maca superarunt, secedere con-
 fessi sunt. Tū demum exultauit Gas-
 par, miratus se in meta stare,
 qui velut à carceribus curriculum

ini-

ZAEI
 rrenius
 ruerat,
 ixisset,
 se alie-
 cit. Ac-
 maximo
 nifica-
 ossunt:
 lut re-
 itudini
 flus, vt
 edibus
 um ve-
 acrita-
 ur iam
 verum
 tus fe-
 lectuli
 ui non
 itarat,
 us ad-
 im fu-
 morbi
 rmen-
 at tota
 omnes
 sal-

inibat. Primum igitur se ac suacum
rare aggressus, rogauit, ut amicos
quidem, verum importunos, visita-
tores nostri excluderent: sed tam
negari Proregi in primis, alijsque
pluribus non potuit, ut saltem è li-
mine iacentem possent parentem
suum extremum contemplari; quod
cum impetrassent, mox à tristi spe-
ctaculo se auertentes oculi, offi-
cium lacrymarum, quod solum po-
terant, parenti morituro præstabat.
Tum Gaspar Baccainum misit, qui
P. Melchiorem Nunez (quod erat iam
à B. Xauerio constitutum) aduoca-
ret, ut ei iam nō in cursu, sed in me-
ta lampada traderet, & moriturus
officiū resignaret. Venit Melchior,
sed seriūs; iam enim Gaspar in cœ-
lum præcucurrerat. Deinde com-
positis alijs nonnullis, totum se cū
Domino Deo coniungere coepit.
Quām putamus incensum fuisse
eius animum eo tempore, qui sem-
per ita arsisset! sed ea ut erant taci-
ta, solum nobis æstimationem reli-
querunt. Itaque cum duodecim dies

totos

totos iacuisset vir Apostolicus, demum decimo octauo die Octobris sub noctem, qui dies erat D. Lucæ sacer, in Domino suauiter obdormiuit, anno 1553. De quo si hoc ephonematis loco solūm diceretur ad tanti viri laudem immortalem, satis magni prodigiū instar esse videretur, quod annis in Societate nō amplius septem, mensibus ferè sex, ē quibus quinque solūm annis in India, mense uno, diebus sexdecim, vixerit, & tanta vel multitudine infinita, vel rei magnitudine admirabilia perpetrarit, verè ut dixerit quidam, ex India de eo scribens: quod in breui consummatus expulerit tempora multa. Sed neq; dies ipse obitus fortuitò videtur incidisse, quin potius diuino consilio designatus. Eum quippè diem habuit supremum tantus Euangeliū præco, qui sacer erat Euangeliæ & D. Pauli socio, quod Gaspar fuerat Xauerio, (quem gentium Apostolū sine inuidia possumus appellare) toties ab eo in socium designatus,

Q

tus,

tus, sed diuino semper nutu in opus,
ad quod eum Deus elegerat, segregatus; denique è discipulis Domini
septuaginta duobus vni & pñne
primario, qui eos septuaginta duos
institutione Seminarij & Sodalitij
quoque, si nihil obfuisset, imitatio-
ne coluisset. Sed neque omittendū
est, quòd is dies in feriam sextam
incideret, quam ille semper passi
Domini commemoratione coluis-
set, & tantoperè in alijs promouis-
set. Mortuus quoque est ea ferè ho-
ra, qua publica flagellatio ardentif-
fimam propè duarum horarum de
more concionem concludebat. Ad
extremū, vt nihil omittamus, quod
ad eius gloriam facere videatur; bi-
duò antè mortuus est, quam sacrarū
D. Ursulæ Sodalium summo appa-
ratu festiuitas celebraretur: quas i-
pse tantoperè coluerat, vt ab illis
ad supernam illam festiuitatem vi-
deretur inuitat⁹. Imò in terris quo-
que festum sibi diē (quem æger quā
maximo cultu celebrari mandarat)
cum illo communicare voluisse vi-
den-

AEI
opus,
segrē-
omini
pænē
a duos
dalitij
itatio-
ttendū
extam
er passi
coluis-
nouis-
erè ho-
dentif-
um de
at. Ad
, quod
ur; bi-
acraru
appa-
quas i-
b illis
em vi-
s quo-
er quā
darat)
sse vi-
den-

dentur: namque ita factum fuit, stu-
pente populo, lætitiae potius quam
mæroris significatione Gasparem à
nostris ac suis Sodalibus efferri. Sed
mortuum Gasparem, cuius animam
in cœlos votis solum possumus, ca-
lamo ad tumulum usque prosequa-
mūr. Postridiè cùm ære campanæ
populus, quod verebatur, præsen-
sisset, frequentes ad Collegium
accurrunt, ac rem intelligentes to-
ta vrbe passim lugentes, vocifera-
bantur: M. Gaspar, M. Gaspar mor-
tuus est: inde breui tantus in ædem
nostram concursus fieri cœpit, vt
ædes ac atrium non caperet vni-
uersos; quorum erat tam continuus
& lametabilis eiulatus, vt commu-
nem omnes parentem, in quo suarū
animatorum salus esset sita, videren-
tur amississe. Tum Patres eum ac
fratres, & pueri ex seminario, non-
nulli quoque ex D. Dominici, & D.
Francisci familia Patres, eum in æ-
dem sublatum comitantur: ac dum
diductis cortinis intra cancellos
patuit (nam detecto vultu iacebat)

Q 2 tanta

tanta facta est comploratio, & vniuersorum Gasparem parentem suū appellantium acclamatio, vt omnes omnino ad commiserationem lugentis populi mouerentur. Cūm porrò præ multitudine plures eum non vidissent, tanto impetu est concussum & cōclamatum, vt iam metuerent Patres, ne sibi eriperetur. Itaque in locum editiorem elatus, interim dum Psalmi de more recitantur, firmis claustris asseruabatur; Psalmi præ luctu non exaudiebantur. Et sanè unus è Dominicanis Patribus, qui aderat concionator, cūm tantam turbam motumq; fuisse admiratus, cogitabat in pulpitu descendere, & panegyricam de Gasparis laudibus orationem habere: sed ipse quoque in lacrymas effusus eloqui nihil potuit, pl' lacrymis suis quām verbis Gasparem exornans. Atque ita demum, perfectis omnibus, terræ mandatus, magnum populo luctum, nostris animum ad imitandum, omnibus sui desideriū dereliquit. Et sanè velim hīc aduenti ab

ti ab ijs, qui ad perfectionem vel suam vel aliorum contendunt, quātum vnius homo, heroicē in virtutē incumbens, possit, ac perficiat amplius, quām remissi complures; planè vt optare Societati nostrae possimus multos Gaspare. Multitudo enim sapientum, est sanitas orbis terrarum.

CAPUT XV.

Animi submissio.

PANEGRICA, vt diximus, Gaspari lacrymæ fuerunt, & communis omnium comploratio: verūm hæc ijs sufficiat, qui virtutis eius erant spectatores; nobis iusta tanto viro persoluenda, breui saltem plurimarum virtutum enarratione, nisi iniqui in Patrem, iniurij in posteros esse velimus, quibus ille perpetuò calcar & norma ad omnem pietatem meritò est futurus. Non est consilij mei, ea quæ ex singularum virtutum instituto laudabiliter præstítit, recensere: sed nonnulla tantum, vel ex epistolis

Q 3 oru-

eruta, vel aliunde, quæ omissa erat,
 eximij viri monumenta memoria
 consecrare. Faciam verò, quod in
 sacris amari solet; simplicitatem
 sequar absque sermonis apparatus,
 eius ferè verbis latinitate donatis,
 imò illis ipsis redditis, ubi latīna
 quod persæpe facit, inseruerit. Et ut
 ab ea virtute incipiamus, à qua om-
 nes incipere meritò debent, vide-
 mus, quantum ipse in sui demissio-
 ne seipsum promouerit.

Animi demissio, in conclufo vir-
 tutum horto arbor est eius generis,
 ut non sublimius ramos, quam ra-
 dices altius producat: quibus enim
 quisque gradibus sese depresso-
 riter, ijsdem sese omnino in altum ede-
 cit. Eius rei Gaspar vel docente spi-
 ritu, vel ex tirocinio illo Conim-
 bricensi sub disciplina Roderici, no-
 ignarus, ita in hoc genere excelluit,
 ut meritò dubitari possit, aliæne vl-
 la in eo virtus magis eluxerit. Mag-
 na autem huius virtutis pars est, se-
 ipsum cognoscere: nam elatio fe-
 rè perstringit oculos, & hominem

sibi

fibi vel videri facit quod nō est, vel quod est non finit videri. Quām verò hīc excelluerit, ijs, quæ suprà pluribus locis sparsa sunt, relictis, paucis ostendam.

Et quidem eius litteræ ac verba propè omnia huiusmodi rebus sunt inspersa. Seipsum vocat modò inutilem, modò indignum, vt ferè in litteris subscribebat; modò Societatis mancipium. Sed insignis est locus in epistolâ Conimbricâ ad suos missâ, vbi sic sibi de suo in Societatē ingressu gratulatur: Non cesso, inquit, Deum laudare, quòd me tibi fœdum peccatorem in tantis miserijs constitutum, è mundi fâce in hunc sanctum suum cœtum dignatus sit aggregare, vt in eo quotidie meipsum magis magisque confunderem, ingrati animi mei vitio cum Angelicis ceterorum actionibus, quas quotidiè vel video vel audio, comparato; eo consilio, vt me excitem, & exfiliam è fœda scelerum meorum lacuna, in qua velut fœdissimus bufo obuolutus iaceo

Q 4 sem-

zæ1
sa erat,
memoria
quod in
titatem
paratu,
onatus,
Latina,
t. Et ut
ua om-
vide-
missio-
fo vir-
eneris,
iām ra-
s enim
efferit,
n edit-
te spi-
Conim-
rici, nō
elluit,
āne v.
Mag-
est, se-
cio fe-
ninem
fibi

semper, meipsum terra farciendo. Et sanè, nisi tantum in orationibus vestris considerem, quas scio vos pro me quotidiè ad Deum fundere, animi planè nihil supereret ad quicquam eorum aggrediendum, quæ per me velut Societatis nostræ abortium quotidiè dignatur Dominus operari, & pro sua infinita clementia memor esse, me sui corporis suâ gratiâ membrum: quia ex lapidibus suscitat filios Abrahæ, ut virtus infirmitate consolidetur, non meis meritis, quia nihil sum. hæc ille. Et quoniam ipse in sui ipsius cognitionem ita penetrarat, idèo credebat ijsdem, inò perspicacioribus oculis sua quoque virtutia ab alijs peruideri. Quare cùm se fratrū orationibus commendat, quod sàpè facit & impensè, dicit ferè: quoniam scitis me, quem ita nostis, vel cuius virtutia tam accurate cognoscitis, præce teris indigere. Et quoniam de orationibus agitur, quæcumque per eum Deus operabatur, id orationibus aliorum acceptum refert, cùm pro

EI
ndo.
ibus
vos
ere,
ad
um,
no-
atur
fini-
e sui
quia
ahæ,
etur,
um.
i ip-
, id-
aci-
b a-
atrū
æpe
oniā
uius
præ
de o-
e per
oni-
cūm
pro

LIB. III. CAP. XV. 371
pro eo quod dicere debuerat: hæc
& hæc Deus per me fecit; ait: mira-
bilia sunt, quæ Deus nostræ Socie-
tatis opera perficit. His & similibus
formulis quid intus de se sentiret,
magno candore prodit. Sed neq; si-
bi satisfaciebat, si se ipse cognosce-
ret: verum eam rem suis ita com-
mendabat, ut primum Societatis
nostræ stabiendi sæpe fundamen-
tum esse affereret.

Id non alias magis ostendit, quam
cum initio sui muneris, ceterorum
iam cura oneratus, socios, quotquot
domi aderant, in eam rem vnam sex-
mensium spatio mādauit insudare:
quod cum ipse quotidianis cohor-
tationibus explicaret, quanto eum
putamus magis quam ceteros pe-
netrasse? Hinc illæ demissi animi
in litteris voces: & quidem ad P.
Miram Lusitanicæ Prouinciæ Præ-
positum ita scribit: Vires habeo
nunc admodum imminutas; quan-
quam suffecit hactenus esse me ver-
miculum ex tam vili abiecta que
materia, ut si mea non impediissent

*Nostros
in humi-
litate e-
xercet.*

Q 5 pec-

peccata, Deus magna operaretur: sed de his non dico plura, cùm ita sim notus in conspectu mortalium ac immortalium. Itaque non cesses pro me orare, vt ego cessem à meis peccatis; & Domini cessabit in me iracundia. Ita planè Iaponicæ expeditionis infortunium, quod ipse hîc & alibi sèpe deplorat, criminibus suis irrogat, qui in populi, vt erat, fauorem poterat reiucere. Aliàs dicit, se fructum impedire; aliàs, vt si quid de se boni in Lusitaniam scribatur, ne credat is, ad quem scribit P. Gonzalues; eos qui hæc scribunt, non falli solum, sed etiam malè sibi velle. Ita de se semper; sed cùm necessariò res suas cum laude commemorat, tanto artificio tegit, quanto aliis quilibet aperiret. In primis mandarat B. Xauerius singulis, vt de se quisque ea scriberet, quæ cum diuini obsequij incremento succederent, ne tantis solatijs Societas in Europa priuaretur. Gaspar, vt erat mandatum, fecit: & quidem etiamsi, vt ait, esset ab alijs arrogan-

rogantiae incusandus; sed tamen ita fecit, ut de se nihil omitteret quod ad vituperium faceret: (testis est illa Goana concio) reliqua autem sicut tegebat, ut alius quilibet ea videretur confecisse. In miraculis prescribendis illud sanè est illustrer. Nam ijsdem propè verbis vti-
tur, quibus D. Paulus: Noui hominem, &c. Noui Patrem è Societate nostra quendam, in his Indiæ parti-
bus: ac deinde narrat ea, quæ alio loco sunt commemorata. Sed non solum ille de se vel ita sentiebat, vel loquebatur: sed neque se hono-
rari quo animo patiebatur. Eius rei exempla sunt propè infinita.

ab Armuziam cùm venisset, propter *Honores* litteras quas Episcopus Goâ præmi-
fugit. sferat, ita semper à Sacerdotibus colebatur, ut quo cumque exiret, illi honoris causa statuissent comitari. Non tulit Gaspar, sed importunis precibus ab ijs extorsit, sibi ut foli liceret incedere: neque enim, ait, Societas nostra venit ministrari, sed ministrare; quanto minus ego

Q. 6 qui.

qui ne sum quidem dignus vobis aliqua in re famulari. Itaque ne illi ægrè facerent, magna tantæ virtutis admiratione destiterunt. Tantus erat præterea salutantium Armuziæ numerus, etiam à nostra fide quo cumque modo alienorum, ut aperio ferè capite incedere cogeretur. Ea res in tanto æstu erat permolesta: itaque statuerat palam concionem rogare, ne se salutarent; sed tamen veritus, hoc ab amore sui æstusque impatientia prouenire, sese continuit. Ita pugnantibus inter se virtutibus, ut sic loquar, id eligebat, à quo magis abhorrebat. Magnopere cupiebat, ut ad Patrem Rodericum scribit, à Lusitanis abesse; quoniam, inquit, tantum non me profancto habent, cum sim ego dæmonium. Porro qua ratione ita à ceteris cultus, in hac animi modestia sese conseruaret, operæ pretium est ex eo audire. Postquam enim, quanto perè honoraretur ab omnib', enarrasset, hæc habet.

O fratres carissimi stupebitis, qui fieri

fieri potuerit, vt ego imperfectus.
ac tenuis, hoc vanitatis turbine non
euolarim! Dominus noster, qui non
attendit qui simus, sed solum quod è
IESV cœtu simus, promouendi suos
atque præseruandi curam gerit: at-
que ideo magna ille mihi remedia
suggesit, ne id vanitatis vento dis-
pergerem, quod ille sua nobis de-
missione comparauit. Nam tantis
me laboribus obruit, atque ita con-
tinuis, vt nullus esset, vt maximè
vellem, elationi locus, quæ ferè
multum otij postulat. Si quiescen-
dum erat, non satis aduertebam, in
lectōne, solo, aut sede quieuisem;
& donec aduerterem, securus sanè
eram. Ego verò tantus peccator non
habeo vnde glorier, nisi in infirmi-
tibus meis: quid habeo quod non
accepi? gratia Dei sum id, quod
sum. quare ergò gloriabor, quasi
non acceperim? Item post pauca:
O fratres è Societate Iesu, quî fie-
ri potest, vt eò ingrediatur dæmo-
nis suggestio, vbi omnia occupat
Iesus, & omnia rapit & possidet!

Q 7

Ita

Ita ipse duo remedia sanè suggesterés
opportuna, iunctam cum sui cogni-
tione occupationem.

Miretur certè, qui velit Gaspa-
rem illum tantarum rerum aucto-
rem: ego sanè, ex quo in eius mode-
stiam oculos conieci, non video de-
cetero quod admirer. Da mihi ho-
minem ita de se sentientem, & ego
mox alterum Gasparem tibi dabo,
qui suas tentationes tam candidè
aperiat, qui tam serìò se aliorum lu-
dibrio ac risui exponat, qui ad infi-
ma quæque munia descendat; qui sic
infirmis famuletur, qui concionum
suarum euentus ita prædicet, qui
præesse alijs ita exhorreat & refu-
giat, qui pueros tanto studio edoce-
at; qui inter heroica sua operas ni-
hil facere, ut ait, ipse arbitretur, &
facile deinde dabitur, qui vitiorum
monstra, sectarum portenta, cum
virtutum ac veræ fidei venustate
permutet; qui paucorum annorum
spatio seipsum meritis, alios bene-
ficijs, orbem famâ, cælum repleat
ijs, quos conuertit. Tanti omnino
est.

est in seipsum ingredi ac penetrare,
ne in paupertatem incidentes, quod
ille lugebat, fodere non valeo, lu-
geamus.

CAPUT XVI.

Paupertas & obedientia.

MODESTIAE Christianæ ac
demonstratio demissionis multi sunt ef-
fect⁹ ac membra: qui enim
se ut nihil agnoscit, nihil omnino
vult suum retinere, nihil possidere,
non ea quæ alij tanto studio acqui-
runt, immo nec seipsum. Primum ge-
nus paupertate, alterum obedientia
continetur. Gaspar in vtraque sic
excelluit, ut plus videatur ex India,
quam qui multa inde aduehunt, ni-
hil possidendo reportasse. Id lacer
Armuziæ ac pannosus, id æger Goæ
demonstravit. In nauigatione mul-
ta illi pro se ac socijs bellaria affere-
bantur, à Præfecto potissimum;
quæ ille semper constanter recu-
sauit, afferens sibi ac socijs nau-
ticum sufficere commeatum. Eâ-
dem constantiâ deinde Armuziæ
minus.

munuscula varia remittebat, vel ad
agros ab ipsis qui offerebant defer-
ri mandabat. E byssō tot ei tum pani
mittebantur, ut etiam molestum
esset importunos donatores remit-
tere: itaque ut in posterum ab hisce
fese continerent, initio multis no-
stræ Societatis gratuita officia ex-
posuit, & vix effecit, ut rem ipsitā
nouam sibi persuaderi paterentur.
Quantum verò de ea virtute ab ho-
minib⁹ nostræ Societatis exigeret,
alibi videbimus.

Iam videamus, quantum ille no-
biliori paupertatis genere seipsum
etiam seipso spoliarit. Qui regere
alios tantoperè nolit, facile se ab il-
lis regi patietur: nam quo ex capite
honoris fuga nascitur, ex eodem suę
libertatis in alterius arbitrium tra-
ditio absolutissima dimanat. Nō est
igitur, quod in eo genere diutiū
immoremur; siquidem obediens eo
in gradu fuit in quo humilis ac de-
missus: qui si obediens non fuisset,
idem neque submissus exstisset.
Hinc de suis Superioribus ita sem-
per

per honorificè sentiebat, ac loquebatur. Et quidem multum est obedere, atque alterius sequi voluntatem: sed si ea tuæ repugnet, tūm sanè difficillimum est & heroicum facinus. Quo in genere Gaspar toto eo quo in India vixit tempore, ut strenuè pugnauit, ita palmas eximias retulit. Optabat in Iaponiam, in Chinam, in Persidem, in Arabiam, in Aethiopiam ire; & ita optabat, ut vidimus, & adhuc videbimus: per Superiores ei nunquam licuit. Optabat afflictæ obsidioni Monajanæ succurrere, Ammonitas instruere, ad Iogues excurrere: non permisum. Itaque tantus animus in ergastulo semper fuit, quoniam intellectum suum omnem in obsequium obedientiæ captiuarat: semper, inquam. Nam non Armuziæ solùm *Obedientiæ insula illi egredi interdictum, vestiasturum & Goæ.* Nam ibi Beatus Xaduum. uerius idem, quod Armuziæ formidarat, & nunc eo magis, quod iam Gaspari omnia cum summa potestate permittebat, ipsum etiam

iam Xauerius Xauerium. Sed qui omnia illi permisit, vnum seipsum, in quo libertas est omnis, exceptum: nam vetuit, ne vlo vnam casu Insulâ excederet; satis iam Gasparé cognoscens, & gnarus, quantum illa ciuitas eius præsentia indigeret. Quæ, ut ex India à successore P. Balthasare Dias scriptum, (qui breui P. Melchiori Indianam petenti suffectus est) non vltima causa fuit, sed propè vnicam, (si B. Xauerium excipiam) notæ in India nostræ Societatis. Porro quām præclarè de obediencia sentiret, facile est ex hoc vnico eius loco intelligere. Postquam enim Raymundum locum suum in Arabiæ felicis ora remanere cūpisse, quod ante diximus, narravit, hæc habet: Fratres carissimi, nolite peregrinari in fero ore spiritus probate spiritum si ex Deo est: iactate super Dominum curam vestram, & ipse vos enutriet; non dabit in æternum fluctuationē iusto. Tollite iugum obedientię super vos; ne quicquam amplius, quām quod Superior.

AEI
d qui
ofum,
cepit:
i casu
spare
imil-
geret.
ore P.
i bre-
i suf-
t, sed
excit-
cieta-
ediē-
nico
m e-
m in
e cu-
arra-
, no-
itusi
t: ia-
ve-
habit
Tol-
s; ne
I Su-
rior.

perior vester cupit, cupiatis: hoc enim solum bonum. Nolite omni spiritui credere. Hæc ille idem obedientiæ præco, qui accuratissimus obseruatur. Nam omnia illi à B. Xaverio mandata (mandauit autem plurima) sic obseruauit, vt meritò contendi possit, vtrum in præcipiēdo ille magis excelluerit, quam Gaspar in parendo.

CAPUT XVII.

Orandi studium.

FACILE ex opere aliquo affabré facto de opificis artificio, & instrumentis vtendi peritia possimus iudicare: ita sanè ex his, quæ Gasparis manus expoliuit, colligere nullo negotio possimus, quātus in oratione fuerit, quām auctores sacri virtutum ceterarum vocat instrumentum. Et eò sanè admirabilius est, inter tot negotia tempus orationis otio superfluisse: quanquam non supererat, sed cùm deerat, necessaria etiam quiete defraudata. corpusculo subtrahebatur. Sed in eo ge-

eo genere non hoc solum miror, verum multò magis hominem in res ita varias quodammodo dissipatū, orationis studio cum gustu incumbere potuisse. Experimur enim ipsi, animum nostrum non satis caute quattuor cubiculi parietibus custodi, quin quo velit, auolet. Sed tamen, si possemus id assequi, quod ille est assecutus, facile per omnes occupationes leui pede transiremus, nec ijs nos absorberi pateremur. Nam cor illud, in quo I E S V S, ut suprà, omnia rapit & possidet, non sedat rebus, sed res sibi accommodat, nec turbatur erga plurima, sed unum, quod est solum necessarium, agit, maiorem in omnibus numinis gloriam, eiusque voluntatem procurando. Res omnes ubi hanc formam acceperint, aliæ planè sunt, & alios omnino in animis nostris effectus pariunt.

Hoc fine dubio Gaspar erat assecutus, cuius hæc sunt propè ad singulas lineas verba: Deo laus, Deo gratias, Christus sit benedictus, I E-

S V S

svs laudetur. Ac quoties rem aliquam magnam suo pondere nititur proponere, hac ferè vtitur loquendi formula: Tāta erat, exempli gratia, confitentium multitudo, vt es-
set, vnde Deo gratulari debere-
mus: ita tota sua occupatio erat
hæc vna, Deo sua bona gratula-
ri, homines ad eundem finem pro-
mouere, qui summus est amicitiæ
gradus. Non repeto initia illa Ar-
muziana, tot supplicationes, illu-
strem illam conuerzionem nouem
dierum oratione propè continua
procuratam: sed solum dicendum
est omnino, quantis eum Dominus
solatijs perfuderit; qui orationis
fructus non vulgare est ad virtutem
imbecillitatis nostræ adiumentum.
Armuziæ sanè P. Antonius Qua-
dros, vir tantus, Indiæ diu Præposi-
tus Prouincialis, alia multa, & hoc
inter cetera testatur, tam vehemen-
tibus eum exultantis animi moti-
bus exsilijsse, vt vellet nollet sæpè
motus istos sepositis ceteris occu-
pationibus admittere cogeretur.

Ita

Ita Dominus cum fideli seruo suo,
ille de laborū stipendio, hic de gra-
tuitis obsequijs contendebat: sed
vinciebat is, qui omnino vinti non
potest, & eō copiosius, quō magis
Gaspar resistebat. In laboribus Mo-
najanæ expeditionis, in expianda
Antonij Neroniæ classe, quæ duorū
erat millium, & in alijs magni il-
lius Herculis laboribus ipse exul-
tabat, Dominus pro eo desudabat.

Et quoniam in hoc sumus, bona
lectoris venia digredi paululum à
Gaspare ad B. Xauerium licet. Ma-
gni fuerunt illius magni Frācisci la-
bores, magna pericula: ijs in peri-
culis ipse ita diuinis solatijs redū-
bat, ut cum illius mortalitas licet
iam propè immortalis ferre nō pos-
set, Domini manum sistere, & gra-
tiarum canale obstruere conaretur.
Et quid mirum, cū eo ipso tempore
clementissimus IESVS, qui infirmi-
tates nostras & dolores nostros ipse
portauit, omnium illorum perica-
lorum acerbitatē videretur susce-
pisse? Admirabile est, sed tamē cer-
tum

tum, quod narrabo. Xauerium, ca-
stellum est Nauarræ quidem, sed in
finibus Aragoniæ, illud ortu & cu-
nstanti viri celebre. In eo facellu-
la sunt duo, alterum ferè in limine
maius, alterum in penitiore domo
minus. In hoc minore est Christi è
cruce pendentis effigies, opere sta-
tuario, humanæ ferè magnitudinis,
sanè pia. Ea effigies, quoties B. Fran-
ciscus periculum adibat aliquod
grauius, ac discrimē, suscepto quo-
dam modo illius in se labore, liquo-
re nescio quo ex arido ligno velut
sudore diffluente madebat. Res do-
mesticis mira visa est: inde cùm sæ-
pius accideret, ad rei memoriā con-
seruādam dies annotatur, ac deinde
ex B. Francisci litteris animaduer-
sum est, eū ijs ipfis diebus, quibus
effigies sudarat, vel naufragiū fecis-
se, vel in arbore barbarorum tela
effigisse, vel simile discrimen ali-
quod adiisse. Eam rem ego ex dome-
sticis fide dignis, & ipso Xauerij hę-
rede adolescentē cōperi, & diligenter
excussi, ac reperi continuam
esse

esse in ea familia eius rei in poste-
ros traditionem, huc usque non ta-
to temporis interuallo, ut res ob-
scura esse possit, propagatam. Sed ad
Gasparem reuertamur. Postquam i-
gitur suis litteris enumerauit eo-
rum, qui in Indicis versantur mis-
sionibus, laboris, quibus eos con-
diat delicijs Deus, sic refert: Et ne
labores vos terreant, quanquam
terrere non debent iij, quos ego ita
infirmus I E S V Christi tirunculus
ferre possum; quæ dixi pauca sunt,
etiam si cum maioribus quæ pati
cupio, comparentur: & hoc propter
diuina solatia, quæ mihi à Deo dan-
tur ad hos labores perferendos. Quæ
sanè multum differunt ab ijs Co-
nimbricensibus. Nam labores ibi
minùs perfectos distrahunt: hîc et-
iam maximi colligunt. Cui enim te
affigas non habes, nisi Deum. Mu-
ndus enim te vel contumelia vel ho-
nore persequitur; & cù te ibi mor-
tales adorent, hîc in crûcem agunt;
nec tempus est, ut remedia per
otium è libris petantur. Ibi quidem,
quamdia

AEP
poste-
on tā-
es ob-
Sed ad
iam i-
it eo-
r mis-
con-
Et ne
quam
go ita
culus
sunt,
e pati
opter
dan-
Quæ
s Co-
es ibi
nīc et-
nīm te
Mun-
el ho-
mor-
igunt;
per o-
idem,
umdia

LIB. III. CAP. XVII. 387

quamdiu ex orantium oculis lacry-
mæ fluunt, fluunt vna diuinæ con-
solationes: sed vbi exaruerint, vna
quoque animus exarescit. Sed hīc
exarescentibus maximè recreamur
in terra deserta, inuia & inaqua-
osa. Sic ille. Eiusdem propè argumenti
erant, quas in Lusitaniam primas
dedit, quibus sic socios alloquitur:
Habetis fratres vestros dispersos
in varia loca cum magnis labori-
bus, sed benè collocatis. Sola enim
quæ in ijs sentitur suauitas, facile
acerbitatem omnem detergit: quan-
tò ampliùs poterit, si homo recor-
detur illius amoris, quo factum est,
ut vitam totam in laboribus infini-
tis & tormentis traduxerit is, qui
pro sua facilitate labores omnes
nostros à tenuitate nostra (si nostrā
quoque vocare liceat) recipit, præ-
mījs illis æternis compensaturus.
Earum rerum commentatio in his
locis ac negotijs, longè excedit illa,
quæ isthic de ijsdem rebus institui-
tur, licet in cubiculis vestris & san-
cta quiete. Hīc enim alio quodam

R modo

modo tangit Dominus, neque totum in desiderijs transigitur. Venite, venite fratres mei; vos sanguis, quem bonus Iesus pro horum salute profudit, in clamat gemitibus inenarrabilibus, quos nescio quaque ratione non sentiant, quotquot de eius gratia communicant. Qui hos Gasparis aestus experiri volent, veniat; sperandum enim est, manum Domini non esse abbreviatam, nisi nos eam vitio nostro contrahamus.

CAPUT XVIII.

Zelus animarum.

INFLAMMATAM mortalium animos à vitijs auocandi cupiditatem, animorum zelum p̄ij scriptores appellant. Ea virtus in Gaspare ut non fuerit maxima ceterarum, maximè sanè & plurimis sese prodidit argumentis, ut ex ijs, quæ supra commemorauimus, cuius facile constat: sed addenda tamen sunt nonnullæ, ut quantum animorum lucro inhiarit, clarius apparet.

reat. In omnem partem oculos curamque, quā poterat, conuertebat: sed negotijs longē impar, iterum atque iterum esse (quod Philosophi replicationem appellant) exoptabat. Et sanē tantus erat eius animus, ut multis corporibus vnius satis esse videretur: aliās Conimbricenses illos feruores & Lusitana nostrorū vota, imò & Societatis vniuersa desideria expendēda sibi tradi cupiebat, habere se campos, quos singulis assignaret, in quibus eorum excurreret industria. Certè quantum poterat ipse salutari flamma succensus, tantūm ceteros quā inuitando, quā cohortando, ut opitularentur, accendebat; sed audi virum, & eius ardoris vestigia inspice. Secundis suis literis ita ad socios in Europā: Quām differentes sunt excursiones istae vestræ ab his, vtræque animorū causa suscepitæ! at suaves vestræ vnius mēsis; hospitales reperiatis domos, spes est proxima in Collegiū reuertendi, quò cū veneritis, accurruunt fratres, qui amplectētur,

390 VITAE GASP. BARZAEI

abluant, & fatigationem vniuersam quodammodo exprimant; folius eorum aspectus reficit. Sed ea ferè non nisi carendo cognoscuntur; cum ego me ab ijs seiunctum reperi, & animo incidit, eos me nunquam aliàs fortasse conspecturum, vel in India vel Europa, tum intellexi Societatis nostræ beneuolentiam. Hic si cecideris, non est qui erigat; non triclinium, non domum, non lectum habes; ne sub recto quidem per æstum dormire licet, qui noctes calidiores facit magnis illis Guineæ ferooribus: hic solutorum hominum ac sæcularium deliciae sunt in vasis aqua plenis sopori indulgere, ac solo capite eminere, ubi ventilatio solatium præbet. His adde ciborum etiam, quibus frater hic vester caret, inopiam: nā pondus diei & æstus in vinea Domini portandum; noctis tempus poenitentibus audiendis expenditur: hic nō habes vel vnam horam tuam. Ibi suis horis vescimini; hic omnino tuum nihil habes, non fratres, non libros,

libros, non cibum, non somnum, nō
vestem, non tempus, non missam,
non ipsam demūm vitam. Totū est
alienum, sed Domini. Quod nolo,
facio, & quod velo, non facio: mihi
tamen absit gloriari, nisi in **cruce**
Domini nostri IESV Christi, in quo
mea salus, & honor, & gloria inni-
titur. Si infirmus, illo sum fortior:
Dilectus meus fascicul⁹ myrrhę in-
ter vbera mea commoratur. Tum
deinde post pauca, quibus cœlestiū
copiam gaudiorum exponit, quod
suprà retulimus, ita pergit: Itaque
fratres accurate vobis de virtutum
commeatu in aliquod simile temp⁹
prouidete: nam sine illis omnino
vos inuenietis ab omni ope destitu-
tos. Prima est & fundamentum, hu-
militas profundissima, suique no-
titia, obedientia, paupertas, casti-
tas, amor maximus: hæc in India
vigent. Humilitas est Dei notitia,
quæ ex nobis procedit: Obedientia
est nostrę captiuitas libertatis. Quis
verò liber est, nisi verus obediens?
Paupertas veræ diuinitæ: quis diues

R 3 est

est, nisi verus pauper spiritu? Castitas est speculū, in quo relucet ipsa in creatura Deus. Quām pulchra es amica mea, quām pulchra es! oculi tui colubarum, simplex affectu intellectuque. Tandem miratur sponsus: Vulnerasti cor meū soror mea, quia similes illi virtutes sorores dicit. Ultima virtus, caritas esto, diuinæ palliū maiestatis, q̄ operit multitudinem peccatorum. Hactenus Gaspar animo suo indulgens, nunc Lusitano, nunc Latino sermone; quem ego quidem in sua reliqui efficacia, ne quid ingenij culpa deterrerem ex tanti spiritus energia. Sed non fratres suos solūm exhortabatur; Reges ipsos & populos eadem de causa compellabat. Ad Abyssorum Imperatorē certè, quas scripsit, dabo litteras, pluribus eiusdem argumenti omissis, quod preclarè & fortiter gestis suprà enarratis, qui quis virtutem eius facilius metiri, quām è scriptis possit. Ad Preste- Iannem igitur sic scripsit:

Gratia & amor Iesu Christi Re-
dem-

demptoris nostri regnum ac vitam *Epistola*
 Tuæ Celsitudinis conseruet, Amen. *Gasperis*
 Magna semper fuerunt desideria, *ad Pre-*
 quæ pro sua immensa bonitate mi- *ste- Ian-*
 hi Deus ingerit, obsequium illi *nem.*
 qualemque in tuis regnis exhibendi. Et quoniam nō alias est scopus meus, quām legem ipsius omni creaturæ exponendi, ut cœlestis Pater eius in cœlis gloriﬁcatur; non dubito, quamdiu cum diuina volūtate mea vota conuenient, quin ali quādo sim votorum meorum compofuturus. Quanquam satis scio, metam sublimi expeditione, & insigni beneficio prorsus esse indignum: sed cum video me ita imparē, licet à Deo electum, ut organū suæ vocis, & suorum mirabiliū instrumentum, ac sentio quām pura sint vota mea diuini eius obsequij promouendi; tum quoque mihi persuadeo, esse id apud æternæ mentis numen constitutum. Ex homine Lufitano, qui inde veniebat (pro mea cupiditate res illarum regionum cognoscendi, & quam spem

Catholice& doctrinæ vel serendę vel
conseruandę promitterent, intelli-
gendi) certior factus sum, quantum
Christianis rebus adductus, etiam
in Ecclesiæ Catholicæ augmentum,
in tuis illis regnis propenderes. Ea
res multum ad antiqua mea deside-
ria ac ferores attulit incrementi.
Certò tibi persuadeas velim, tibi
pro eo quod intelligimus, ingentia
præmia & immortalem coronam à
suprema Christi sapientia præpara-
ri. Spero enim eorum, quæ nondum
satis patent, declarationem & illu-
strationem tibi referuari: & si Deo
ita visum fuerit, spero vita comite
post biennium ibi me futurum. Iam
enim scripsi facultatis impetrان-
dæ causa; ac tum experieris omnino
non ut nunc litteris ac verbis, sed
rebus ipsis, quantum tibi obsequi
desiderem, & quantum status & re-
gni in Domino cupiam incremen-
tum: ab illo enim regimur & guber-
namur. Atque utinam diuinæ pla-
ceret Maiestati, tempus illud non
ita differre, ac me facere viuā pro
his

his litteris epistolam ! tum enim
mihi planè viderer extrema voto-
rum attigisse: sed tamen eo me con-
solor, quòd hæc itineris mei mora
ex eius quoque sit glòria. Nam quæ
cupimus si fortè differuntur, ea de-
inde tanto sunt gratiiora, quanto
pluris constiterunt. Non sum lon-
gior, quoniam qui has defert, de So-
ciété nostra vniuersa fusè doce-
bit, quantoperè cupiat in ijs regio-
nibus fructum facere. A te, Rex op-
time, etiam atq; etiam peto, vt in a-
more diuino sis admodum sincerus,
& in his quæ ad eius gloriā faciūt,
accuratus; certus omnino de pro-
pero rerum tuarum euentu, de ho-
stibus victoria, regnorum tuorum
quiete ac pace, si fiduciam tuam in
Deo collocaris. Cùm Lusitanis illis,
qui in ijs regionibus versantur, cle-
mentia; & si quando res tulerit, ne-
cessaria reprehensione, vt Dominus
ac parens, vtere. Si porrò hoc iter
meum arriserit, in beneficio repo-
nam ea de re litteris admoneri. Offi-
cium enim nostræ Societatis non est

R. 5

præ-

præmia, quæstum, honores; sed pauperatèm sectari, & labores ubi-
cumque demum fuerint, conqui-
rere, & amplecti, ut ea in re sint ger-
mani sui Duciis Iesu imitatores, qui
tantoperè paupertatem & labores
complexus est, in quibus totam su-
am vitam ærumnosam insumpfit,
& exercuit. Dominus noster Iesus
Christus, per merita suæ mortis ac
passionis, faciat Tuam Celsitudi-
nem suæ gloriæ participem, & ei-
det suam semper assequi & exple-
re voluntatem. Ex nostro Colle-
gio Goæ die 9. Octobris, Anno
1552.

Ad Lusitanos, eorumque Præfe-
tum in eandem sententiam simul
scripsit, & officij Christiani com-
monefecit, hoc solùm nomine, et si-
rait, foret ipsis ignotus, quod ut
fratres in Christi sanguine eos ag-
nosceret, & plurimùm diligeret.
Non poterat animus amplius vlla
prætermittere Christianæ caritatis
officia; omnia aut voto complecte-
batur, aut opere efficiebat; ubi quo-
se

se prodebat amoris eius in Deum
vel in homines incendium, quod
licet tantoper actionibus, verbis,
scriptis, ut cancellis prodatur, in a-
nimotamen eius tantò magis arde-
re credendum est, quanto cùm dò-
mus ardet, incendium in visceribus
maiis est, quām quod per fenestras
erumpit. Eius sanè animus in hac re
templo illi Salomonis poterit con-
ferri, cuius fenestras legimus exte-
riùs angustas, intus admodum didu-
ctas extitisse, ut certum sit ea om-
nia, quæ foris prodita, nullo modo
animi eius magnitudinem & cordis
latitudinem (ut cum scriptura lo-
quar) exæquasse.

CAP VT XIX.

*Quid sentiret de Societatis
instituto.*

IT A gratus fuit suæ ad Religiosum
statum vocationis æstimator, ut
nullum ferè finē faceret vel lo-
quendi ea de re, vel Societatis insti-
tutum euhendi. Quæ eius de illo
elogia, digna tanto viro, ideo affe-

ram, ut omnes, qui in eandem IESV
familiam cooptati sumus, vocatio-
nē nostram ex huius etiam sensu æ-
stimantes, certiorem facere sataga-
mus. Ac si cuipiam nimius fortasse
videatur admirator, ego illum arbi-
tror nondum satis in beneficij ma-
gnitudinem penetrasse: quę h̄ic e-
nim de Societate nostra dicentur,
non ita dicuntur, quin illa sanctis
aliorum ordinum institutis æquè
conueniant. Neque enim nos odio-
sam instituimus collationem; sed i-
ta quemque par est de suo instituto
sentire suo respectu, si velit Deo, ut
decet, grates exhibere. Ita verò quā-
dam Epistolam latinè exorditur:
Patres carissimi, fratresque dile-
ctissimi, summoperè gauisus sum
per litteras nuper ad nos missas
Goā, metropoli Indiæ, animaduer-
tens perspicuitatē ignis spiritus al-
mi, dispersi in orbe terrarū, in mō-
dum stillicidij, stillantis super terrā
in barbam, barbā Aaron. Quid mi-
rum? cum oleum effusum nomen
eius, & ea ipsa oculis cernam, quę

mihi

mihi haec tenus per optata fuere, vexilla Crucifixi, rutilantia per cho-
ros castrorum & acies Societatis
nostræ in valle miserabili, ubi mor-
tis imago triumphat. Eia, eia, fratres
optimi, Deus noster ignis consumes
est, & ignem venit mittere in terras;
quid ultrà immoramus? iam tem-
pora beata, iam adest dies festivus,
niuei lapilli, ut Princeps huius mundi
expellatur foras. mors in proptu,
via decurrit, via longa, per quam
tendimus, ut prospere attingamus
metam vocationis nostræ. Nec enim
oportet nunc genio indulgere, ac si-
bi viuere. Aggrediamur nunc itaque
totis viribus colluctationem illius,
cuius iugo oppressi periclitamus;
ne penitus per abrupta montium
præcipitati, funditus demergamus:
enitamus, ut videamus passorem
gregis humani Christum Iesum,
quem Dominum profitemur, qui
vitalum, leonem, ac pardum & lu-
pum cum agno minabit ad inferio-
ra deserti, iuxta tabernacula Pasto-
rum, ut delicijs affluant in monti-

R 7 bus

bus sanctis. O quam dilecta tabernacula Domini virtutum! quid trepidi trepidare metu pergitus, quin id ipsum toto corde desideremus, inhabitare atria Domini? gaudete, exultate, copiosa merces in cœlis absterget omnē lacrymam ab oculis eorum, quorum nomina scripta sunt in libro vitae. Vincenti dabitur manna absconditū, & in calculo nomen nouum scriptum, quod nemo scit, nisi qui accipit. O quam magna multitudo dulcedinis tuæ, Domine, quam abscondisti timentibus te, Domine! hactenus latine; sed pergit: O fratres carissimi, quantum cupio litteris explicare maximum & inexplicabile gaudium meum, quod videam sanctam Societatem nostram, sic exactam, tam incensiss votis ac feruoribus, quodque per totam Europam, Asiam, & Africam circumferunt vexilla boni Iesu tato animo, ac ita imperterriti, ac si essent immortales! Omnia praesentia contemnunt, arbitrantes ut stercora, ut Christum lucifaciant, qui vt nos

ut nos seruaret, omnia quoque con-
tempsit, ad mortem usque, mortem
autem crucis; non rapinam arbitra-
tus se esse aequalem Deo, exinanuit
semetipsum. Quis nos ab eius cari-
tate separabit? quin cum eo in terra
deserta profugi, egrediamur extra
castra, improprium eius portan-
tes, aspicientes in auctorem fidei,
qui proposito sibi gaudio susti-
nuit crucem. Extra portam passus
est confusione contempta. Sed il-
lustris est in hoc genere alius eius
locus, quo sic socios affatur: Cre-
do duas res fratres nostros fulcire,
qui regionibus omnibus yagi Chri-
stum in tantis laboribus ac tan-
to amore & perfectione sequuntur,
cum tot nationibus agunt soli in
medio nationis prauæ. Qui habet
aures audiendi, audiat, & corde in-
telligat, ut nemo se suo spiritu de-
cipiat, sed se semper prouchat, de-
se non præsumat. Spiritus Societa-
tis I E S V non potest esse superbus.
Hoc verò accipite à misello fratre
vestro consilij, ut cum mitti vos cō-
tinget,

tinget, Deo armati sitis, quia Dominus illuminatio nostra & protector noster. quid timebimus, nisi ira ipsius? quas duas res ego semper sum expertus: nam aliter fieri non potest, ut mollis, tepidus ac gelidus, qui huc sum missus, tanquam res Societati inutilis, per tot ignes tribulationis transirem, nec liquefierem; in quibus tanquam aurum in fornace probat nos altissimus. Bacula nostro transiuiimus Iordanem, sed cum duabus turmis regredimur, & ita Goam ad Collegium D. Pauli scripsi. Duarum earum rerum una est, quod Iesus Societatem tanquam suam defendat & socios illius: atque ita non intendit merita, sed hoc per se facit. Altera est posita in orationibus carissimorum Patrum ac fratum in Europa & India, quae semper feruent ante Deum, quia multa membra, unum corpus sumus, caput autem Iesus; atque ita multi ac varijs famuli obsequium unum faciunt. Alij sunt manus, qui varijs occupationibus destinantur, ut qui

vt qui versantur in terris à sua remotissimis: alij sunt pedes, ij scilicet, qui feruent desiderio pro Christo multa patiendi: alij lingua, qui pro alijs assiduè deprecantur: alij oculi, qui semper vigilant super gregem suum, tanquam bonus pastor: alij aures, qui semper student: alij nares, qui virtutum vnguenta vel odorantur, vel dispergunt: alij intellectus, atque ij sunt speculatiui: alij memoria, vt docti: alij voluntas, vt actiui, qui in culina, porta, triclinio, &c. versantur & occupantur. Et omnes sunt administratorij spiritus, in ministerium missi. Nullum membrum dicere potest, se alterius opera non egere: alterum sine altero erigere se non potest: quod facimus omnes, hoc vnum est eidē Deo famulari. Quid mihi prodest, hoc esse membrum potius, quam illud, si omnia æqualiter laborant? nullum sine altero potest quicquam facere. Quid igitur refert esse me vel manum vel pedem? quid refert in Societate tota vita mea esse co-
quum

quum minùs, quām concionatorem
infidelium, & mundum vniuersum
conuertere, si facimus omnes vnum
& idem? Et post pauca: Tria faciunt
Societatem: Vnum, cognitio pro-
priæ, demissio atque paupertas: al-
terum, cognitio aliorum, Dei scili-
cet & proximi. contemplatio ad a-
morem Dei; actio ad proximi dile-
ctionem refertur: tertium, discre-
tio & scientia ad vtrumque conser-
vandum; litterarum, inquam, cog-
nitio, quoniam ea inter Saracenos,
Gentiles, hæreticos, Iudæos veran-
tibus est necessaria. Ex humilitate
ascendamus ad cognitionem Dei &
proximi, & inde ad litteras. Hæc
porrò omnia non dixi docendi cau-
sa, sed solùm in memoriam carissi-
mis fratribus reuocandi, vt hæc ve-
tris in locis non minùs necessaria
cognoscatis: in me Dominus sup-
plet. Hactenus ille. Alio verò loco
sic exclamat: O fratres carissimi,
beata illa hora, in qua Dominus fe-
cit misericordiam cum seruo suo;
suscitans à terra inopem, & de ster-
core

cōre exigens pauperem, vt collocet
eum cū Principibus populi sui, qui
estis vos! Ergo beata illa hora, dica-
mus omnes, non demissa voce, sed
velut Chananae: Venite & videte,
quanta fecit Dominus animæ meæ.
Misericordias Domini in æternum
cantabo in generatione & proge-
nie, quod Dominus voluit hanc So-
cietatem erigere per nostrum S. P.
Ignatium. O Pater Simon, quantum
tibi debeo! Quid retribuam Domi-
no pro omnibus, quæ retribuit mi-
hi? nihil mihi superest præter ani-
mæ deliquium & lacrymas. Si hoc
ego de me dico, quid de se dicent il-
li Conimbricenses Angeli? Benedi-
cta sit illa hora, qua intrafisti in So-
cietatem Iesu Christi. O planta san-
cta, fundata in cognitione sui ipsius
super Christo, & rigata eius pretio-
so sanguine, defossa à Martyribus,
vallata à Confessoribus, seruata à
Virginibus, honorata ab Angelis,
amata à Deo Patre, directa à Spiritu
Sancto, nominata & possessa à Chri-
sto! Etiā si videaris, ô Societas san-
cta,

ēta, planta noua; es tamen fortissima, quia es transplantata in paupertate Christi, extendis radices usque ad mare & usque ad flumen propagines tuas. mare mundus est; amor proximi, flumen. paradiſus es usque ad contemplationem Dei. Qui nostrae salutis auctorem Christum & hunc crucifixum non sequitur, anathema sit. Quae conuentio lucis ad tenebras? Laudate pueri Dominum, laudate nomen Domini. Sit nomen Domini benedictum ex hoc nunc & usque in saeculum. Haec ille, impetu spiritus abreptus in diuina encomia. Sed iuuat illum alio loco, quedam, qui Masquate ad eum scripserat Societatem petens, monentem, ut serior secum ipse de re tanta statueret, & Societatis institutum proponentem, audire. Totam eam epistolam, quoniam digna mihi visa est, hic subiungam.

Gratia & amor Iesu Christi Redemptoris nostri sit semper in cordibus nostris, Amen. Tuas accepi tanto animi mei gaudio, quantum à Domi-

Domino nunquam merui . illi
gratia , qui tantam habet pecca-
torum curam, & errantium ouium,
quæ suum agnoscentes errorem,
vocem eius ut pastoris audiunt,
ad eius ouile redeunt , eum de ce-
tero secuturæ . Atqui probè nouit
ille, quæ sint suæ ; quas selectas ha-
bet ante mundi constitutionem , ad
sui nominis gloriam , quæ iustitiam
illius, sed & clementiam timet . Vi-
de ut datam tibi coronam tibi ser-
ues, ne quisquam in eius possesso-
nem inuadat, quod poteras obtine-
re . Spiritus Sancti motus non pati-
untur moras , quibus consentiendo
errari omnino non potest . In ea epi-
stola fusè narras , apud te quid sta-
tueris; bono nimirum I E S V seruire
in nostra Societate , & in compen-
sationem præteriorum peccatorū
tuorum strenuè pro eius amore la-
borare . Nihil eis eorum , quod mihi
non magnoperè probetur & arri-
deat , cùm iter illud ad salutem sic
sanè securius; ac etiam, quod à te
laudari Deum , in vicem omnium

CON-

cotumeliarum, quas ab impijs quotidie patitur, omnino gaudet. Consilium hac in re meū quod expetis, est eiusmodi, planè ut ex templo compleas, quod tibi à Spiritu Sancto est inspiratum. Ille quippe neminem fallit, & quemque dicit ad salutem ea via, quam cuique mundi conditor destinauit. Et sanè ad magna vocat, cùm te ad Societatis nostræ vocat institutum. Ea res est eiusmodi, ut præponi iure toti debeat vniuerso, vnde cum insigni gloria coronam in æterna vita nancisci poteras, ex eodem æternam igitur immortaliam cum Cain consequaris, dicente Domino: Ite maledicti in ignem æternum. Dicis insuper, quod me sequi cupias, ac mori tecum, si res ita ferat, in craticula assatus. Iste feroe in genere desiderij magnus est; sed in opere quid futurum esset, ignoro. Multum differt Christi crux in imaginatione depicta, aut intellectu, ab ea, quæ viua est Martyrij tempore. Pomaria & arbores suis onustæ floribus aut fructibus

etibus æstiuo tempore multùm placent: sed procelloſa hiemis tempeſtas plus laboris adfert, cùm ſunt vel paſtinandæ vel putandæ. Ita ſunt res diuinæ, quas quamdiu munus admiratur, facile eſt amplecti: ſed alieno tempore Chriſti crux admodum ſolet eſſe one-roſa. Ille quidem ipſe ſi ſub illius pondere in plateis Hieruſalem gemuit, & lapsus eſt, quid eſt à nobis in hac miferiæ valle ex-ſpectandum? Diuorum tormenta, quæ nos æſtimamus, ſæpe arrident: ſed eadem ipſa coram tyrannis, ſub quibus illi ea pertulerunt, eſſent ſa-nè acerba. Eo quippe tempore vrgēt fames, ſitis, contumeliæ, ignomi-niæ, nuditas, ludibria, inopia, verbe-ra, & mors ipſa, vt eſt apud Prophētam: Propter te mortificamur tota die, facti ſumus ſicut oves occiſio-nis, quæ à nemine æſtimantur. Verū vt è ſtatu illo tuo ad alterum im-mobilem tranſeas prudentis eſt an-te cōſilium capere, quām perficias, & perpendere utrumque comme-da &

410 VITAE GASP. BARZAEI

da & incommoda, vt cùm rem o-
cœperis, nihil te terreat aut auer-
tat. Atque ideo te etiam atque etiā,
vt amicus sincerus, rogo, vt accura-
tè dispicias, quid sis facturus. Per-
pende attente, quæ subiungam de
nostra Societate, ne deinde te dece-
ptum à me querare. Nostra Societas

*Societas Iesu qui-
bus con-
fet.* è tribus constat: Extrema pauper-
tate, extrema castitate, extrema o-
bedientia. Paupertas versatur circa
fortunas, pecunias, parentes, ami-
cos, honores, mundi oblectamenta,
in cibo, potu, veste, calceis, somno:
denique non possidere vlla bona
temporalia; sed ea nec optare, imò
& ab ijs abhorrere, & ipsa pauper-
tate gaudere, propter eam fraudem
quam continent eius generis bona.
Huc pertinent despici pro Christo,
labores, iniurias eius causa optare,
quòd ei seruiamus & non mundo,
abijcere vniuersa, vt in illa gloria
consequamur vniuersa. Castitas in-
telligitur, vt in operibus casti si-
mus; cor nostrum semper in amore
puro conseruemus cum Christo, nō
per-

Permittendo, vel ut in eo sint de
Carne cogitationes, neque de mun-
do aut eius vanitate; sed liberti
Christi simus, qui noster est spon-
sus, pro quo mori cupimus, ut sem-
per cum eo viuamus. Obedientia
intelligitur, ut non amplius cupias,
quam quantum a Rectore fuerit
mandatum; tum ut propriam vo-
luntatem neges, & vnicam Dei vo-
luntatem exequaris. Vides hic labo-
res nostræ Societatis. maximus ac
minimus æquales sumus: qui socius
meus esse cupit, ei sunt eadem quæ
mihi non magis vel minus toleran-
da. Non est discipulus super magi-
strum. At ne isti labores te in sancto
tuo proposito perturbent, cupio te
ijs animare, quibus Deus nobiscum
efficit, ut nihil horum sentiamus.
Negare non possumus, quin tibi si-
miles homines infirmi simus: id-
circo enitere; idem qui ad perseue-
randum nos roborat, easdem tibi
vires dabit: æquè enim in omnes
potens est & benignus. Primū qui-
dem, ut scelerum nostrorum & ob-

S lecta-

lectationis, quam ex ijs cepimus, nos capiat obliuio, mortem nobis ob oculos ponimus, quām tristis ea sit peccatori; tum rationem, quam in illo formidabili iudicio sumus reddituri; tum pœnas illas peccatis præparatas, & illorum labores, qui quietem quæsierunt. Accipimus deinde exemplum Christi, Apostolorum, Martyrum, ac Diuorum reliquorū, vt eos magno animo ad mortem vsque consequamur, cum honori sit seruo, herum sequi, & creaturæ, Creatorem. Quid enim Christianus maius consequi potest, quā Christum ad mortem vsque ipsius crucis consecrari? Quis nos separabit à caritate Christi? non famæ, nō sitis, non labores, non mors. Tertiò deinde proponimus nobis gloriam Sanctorum & nostram, quæ est ipse Deus, ac eum videre & amare in sanctorum Angelorum Societate, vbi oculi explebunt se videndo, aures audiendo, lingua loquendo, intellectus intelligendo, memoria recordando, voluntas amando: deinde

nique

nique omnes sensus in delectatione
conquiescent. Habebimus vitam si-
ne morte, sanitatem sine infirmita-
te, diuitias sine paupertate, saturita-
tem sine fame, gloriam sine fastidio:
quia ille, quem cupimus possidere,
est omne bonum in omnibus, & si-
ne illo est nihil. Miser ille, qui per-
det illum; felix, qui cum in æter-
num possidebit, Amen. Vides igitur
huc, ut orbem spernimus & mori-
cupimus, ut cum Christo quiesca-
mus. totum detestamur, præter v-
num eius obsequium, in quo gloria-
mur. In paupertate sumus admo-
dum diuites. quid enim illi deerit,
qui habet in se omnia? nihil habe-
mus & omnia possidemus, Deum
scilicet ipsum, ipsius cōditorem v-
niuersi. In obedientiæ captiuitate
liberiores sumus ijs omnibus, qui
in mundo viuunt; quoniam viuimus
ex arbitrio nostro, secundum ratio-
nem directo, quod semper cum Dei
conuenit voluntate, atque ita no-
stro sēper viuimus arbitratu. In ca-
stitate ab omnib' amamur: in castis

S 2 enim

enim relucet ipse Deus velut in speculo. Angeli nos cupiunt socios, virtute prædicti, fratres. Amamus porrò omnes: primùm Deum, deinde proximum, sed in Deo. Magna sæpe sunt inter nos virtutum exempla, quæ inter cruces & labores latent; quæ si videret mundus atque intelligeret, eum nemo sequi vellet. Conuersatio nostra sunt Angeli, Deus. O quanta est multitudo dulcedinis, quam abscondit Deus timentibus se! Crucis quidem labores non tanti sunt ut pinguntur. Christus sanè quantumlibet rogatus, è cruce noluit abire. Ita D. Simō, cum alijs sanctis viris, qui multis blanditijs oppugnati fuerunt, ut de cruce descenderent. Absit mihi gloriari nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi. Vides hīc commoda & incommoda Societatis I E S V: elige utrum melius videbitur. His quidē si legibus cupis meus in labore socius esse, multūm sanè me astringis, ne te reijciam, sed potiūs cum multis amplexibus excipiam, cum illo qui

qui passus vlnis in cruce nulli se negauit, ut laboris comites simus, deinde quietis æternæ sodales. Dominus, qui te suo spiritu illustrauit, in itinere veritatis te deducat & confirmet in æternum, Amen. Armuziæ ex hoc Collegio Boni Iesu, Kalendas Octobris, 1550.

Seruus indignus omnium, Gaspar.

Ita sentiebat Gaspar, ita se iubebat comparare, si qui nostrum complecti volebant institutum. Satis equidem arbitror ex hac eius epistola & fragmentis aliarum nemini mirum videri debere, si Prorex ad eum scribens dixerit, litteras Gasparis à se acceptas ea veneratione, ac si fuissent D. Pauli; ita plànè spiritum Apostolicum spirabant, vel rerum sublimitate, vel neglectu sermonis; quem veritus sum verborum fucis obscurare, satis gnarus, hanc illius incuriam sacram non ab alijs, quàm à me minus iudicandam..

CAPUT XX.

Opinio sanctitatis.

NON minimum in Gaspare sanctimoniae rarioris argumentum fuit, constans omnium ea de re opinio ac fama. Non equidem hoc loco propono enarrare, quantum hoc Lusitani, Iudæi, Saraceni, boni, mali, genus omne hominum uno ore confirmarint; ea sat is ex dictis patuerunt: solum hic referam litterarum aliquot fragmenta, quibus id ipsum comprobatur, ne magnoru de Gaspare viroru iudicia deperdantur. Et ille quidem, cui Gaspar supra respondit, vocatum diuino fauore ad has Indiæ patres missum in salutem & perfectionem animarum. Sed ut alia omissam minus illustria, Georgium Capralem, Indiæ Proregem, & Ioannem Albuquerium, Goanum Praesulem, testes appello. Prioris hæc sunt ex breui ad eum epistola, quæ ad re faciunt, fragmenta: Binas hic mihi tuas reddiderunt, quas egotanta.

*Proregis
ad Gas-
parem
epistola.*

tanta veneratione legi, ac si fuissent
D. Pauli; & incredibiliter sum læta-
tus, cum intelligerem tantoperè di-
uinam Armuziæ gloriam in mul-
torum conuersione promoueri.
Quod in ea ciuitate de Collegio co-
gitas, pro more facis; ea ego tibi o-
pera inuideo. Mando, vt si quis mi-
les Lusitanus in Societatem coopte-
tur, stipendia sint Collegij. Itē quæ-
stori meo mando, vt quingentos ti-
bi pardaos eleemosynæ nomine ab
Rege numeret ad promouendum
opus tuum. Rogo te ob amorem
Dei, vt sāpe me de his rebus inter-
pelles: spero enim his pijs operibus
multum apud Deum mereri. Ad
Regem Armuziæ scribo, vt se faciat
Christianum, vt rogasti; eas litteras
ad te mitto. Spero tantum posse vir-
tutes & orationes tuas, vt hanc illi
apud Deum gratiam valeant impe-
trare. Rogo te Pater, vt ad me, sāpe
de te deq; tuis rebus litteras des, &
si qua in re videbitur, auctoritatem
nostram interponas: multum e-
nim lætabor, si qua in re obsequi

tibi licuerit. Goz, 24. April. 1550. Ita
Prorex. Goanus verò Antistes quan-
ti illius virtutem & eruditionem
faceret, potestate sua cum illo per
litteras communicata, quam à sum-
mo Pontifice summam acceperat, o-
stendit. Sed & domestica nostrorum
testimonia visum adjicere; nihil e-
nim vereri oportet, ea suspecta fo-
re, cum tot vel rerum, vel hominum
testificationibus sunt corroborata;
imò velut testibus oculatis plus ali-
quid illis tribuendum existimo,
quibus ex quotidiana cum Gaspare
consuetudine illius virtus magis
fuerit quam ceteris omnibus per-
specta. Non omnium persequar de-
eo dicta (nam hoc esset vnius alte-
rius voluminis; & multa iam dicta
sunt,) sed solùm elogia quædam
breuiora; nec omnium, sed eorum,
qui eo tempore in India emine-
bant. Nam nullus erat eo tempo-
re, qui ex India scribebat, qui Gas-
parem omisisse non religioni sibi
quodammodo ducere videretur: ita
vno omnes ore de eo prædicando
conten-

contendebant, & eo magis, quod admirabilius vulgo videbatur, Gasparem illum, vestiarij Conimbrensis adiutorem, concionatorem illum qui risum mouerat, & ineptus vulgo videbatur, vnum esse ac propè primū ex Indicis Thaumaturgis. Primus locus B. Francisco Xauerio, cuius testimonium est instar omnium, negari non potuit; qui quidem quanti eum faceret, iam alias fæpè est ostensum: sed tamen apertius quoq; conceptis de eo verbis ita ad P. Simonem Rodericum Lusitanicæ prouinciæ Præpositum, scribit Goâ 8. Aprilis 1552. P. Gasparem Collegij sanctæ Fidei (sic alio nomine dicebatur D. Pauli Collégium Goanum) Rectorem constituis hominem, cui multum confido; hominem humilem, obedientem, cui Deus insignem concionandi gratiam communicauit. Ita concionem ad lacrymas monet, cū verbâ facit, ut sit vnde merito Domino possim gratulari. Idem ad B. Ignatium eadē propè repetit: Collegij Goani Re-

S 5

ctorem.

420 VITAE GASPAR. BARZAEI

Etorem, Gasparem Belgam consti-
 tui, virum spectatæ virtutis, & cæ-
 lestibus donis cumulatum, eundem-
 que concionatorem egregium, &
 ciuitati vniuersæ ac domesticis v-
 nicipi carum: omnes qui in his locis
 versantur, tum Patres, tum fratres
 ei parere iussi. Post B. Xaueriū Mel-
 chior sibi locum vendicat, qui in o-
 mnibus literis perhonorifice de il-
 liis præcellentis virtute mentio-
 nem facit; sed in primis ijs, quas
 1551.9. Nouembris dedit, ubi sic ha-
 bet: P. Gasparem Deus, ex quo in
 Indiam venit, tot cælestibus donis
 cumulauit, ut omnino me in stu-
 pore rapiat. Continuo ardente igne
 charitatis; populū vniuersum, quod
 vult, impellit; infatigabilis est in la-
 bore veldiurno vel nocturno. Deni-
 que vir est, cuius opera Deo omnino
 vult honorari. Hic domi optimè &
 cū insigni facundia concionatur. De
 Ludouico Froez nihil dicam; nam
 quæ toto tertio libro dicta sunt,
 illi vni fere debemus: & sufficere
 potest id, quod de miraculis su-
 præ.

præ diximus, cur ea non attigerit.
 Balthasar quoque Gagis è socijs
 nauigationis vnuisita scribit: Bene-
 dictus ille Pater (de Gaspare lo-
 quens) quacumque transit, sui ve-
 stigium relinquit: perpetuum ig-
 nem videtur animo gestare; & est
 quoque infatigabilis. P. verò Gon-
 zaluus Roderiques, eius Armuziæ
 successor, inter alia hoc de eo reli-
 quit elogium: Armuziam tenui pau-
 cis post diebus, quam P. Gaspar inde
 soluerat. Ibat cum Antonio Noro-
 nia, classis Præfecto, arces omnes,
 quæ iter erat, inflammans. Hic video-
 fratres, quæm nouum erit huic po-
 pulo mecum agere, ita à virtutibus
 imparato; qui ita perfecto viro, qua-
 lis erat P. Gaspar, iam assueuerat,
 cuius operâ hic Deus tanta perfe-
 cit. In magno erant hic omnes eius
 desiderio, asserentes à nullo vnu-
 quam alio posse, quanta per eū Deus
 fecerat, exspectari. Hactenus ille
 Emanuel Texeira, tum quidem non
 dum Sacerdos, sed tamen magnæ
 spei, qui postea rebus gestis & ad-
 minis-

ministrata cum titulo Præpositi India notus, multa de eo narrat alibi dicta, atque his titulis Gasparem ornat: Plane affero vobis fratres, quod eius spiritus ac feroe est infatigabilis. Planè magnus est Dei seruus. Ita ille, & alij permulti alia permulta; sed ut dixi, pauca feligā: etenim quæ dixi pauca sunt, si cum omnibus, quæ adferri potuerant, conferantur.

Concludam porrò præclaro P. Airez Brandaon encomio, cui quæ de Gasparis morte dicta sunt, maximè debemus. Fuit is deinde post mortem Gasparis vltimus Armuzianæ Indiæ cultor. Ita igitur ait: P. Emanuelis Moraes, & P. Urbani mortem non parum sensimus, potissimum P. Gaspar, quod vniuersi in eum labores recidebant, qui tanti sunt, ut alios decem non parum occuparent: sed ramen tantus erat eius animus, ut etiam si plures forent, aggredieretur nihilominus vniuersos; & hi quoq; essent exigui, si cum eius desiderijs vel Deo obse-
quendi

quendi, vel proximum iuuandi cō-
parentur. Hęc ille & alia permul-
ta: nam fusę in eius laudes excurrit..
Hęc ego claudere statueram, cūm
queri cōcepit Antonius Quadrius,
immeritę se negligi, nec satis æquo.
animo ferre, se à Gasparis prædica-
toribus excludi. Et sanę ita est. Nam
licet biennio post Gasparis mortem
in India veniret, tamen auctorī-
tatis suę pondere, vt inter eius es-
set Encomiastas, impetravit. Nam
tertius à Gaspare toto décennio in
India socios sapientissimę gubernā-
uit, & vt verè dicam, eam prouin-
ciam vel solitus vel præcipuus in or-
dinem redēgit. Is vbi de B. Franci-
ci virtutibus egit fusę, primum ab
eo Gasparem statuit. Ex omnibus,
inquit, Patribus, ac fratribus, qui
hęc fuerunt, multi eum proximę
sunt consecuti: nam P. Gaspar vir
certę fuit, qui permultos ad Deum
adduxit, idque grata & facili con-
uersatione, qua sanę proximę ad P.
Franciscum accedebat. Labores,
quos breui, quo vixit hic tempore,
subiit,

subiit, tanti sunt, ut videatur illud
Salomonis explesse: Consummatus
in breui expleuit tempora multa.
Plus enim paucis annis, quam alij
multis solent, laborauit. Inde breui
texes totius eius vitæ narrationem,
ita concludit: P. Gasparem ego mi-
hi persuadeo non minimam, sed
maximam fuisse causam cognitæ
hic & colicæptæ Societatis. Etiam
nunc stupori est eius vita tum no-
stris tum externis, qui eius exemplo
multum à nobis exspectant, & plus
aliquando quam possimus. Eo-
dem quoque duce plurimum
ad enitendum inci-
tamur.

FINIS.

INDEX.

INDEX RERUM MEMORABILIVM.

A.

- A** Biencan Rex Nirān militia Per-
sica p̄fēctus. pag. 214.
Abnegatio sui. 9.
Absolutionem differt Gaspar. 161.
Abstinentia. 317.
Abyssini haretici à Gaspare baptizan-
tur. 171.
Æstus ingens. Armuzia. 98. 270.
P. Airez Brandaon, & P. Alexius Dias.
tertius Gasparis successor in Armu-
ziana missione. 283. 284.
Airez strenuè ad Baharem Insulam la-
borat 285. Eius de Gaspare elogium.
422.
Alexius obit. 285.
Andreas Ferdinandez Coadiutor tem-
poralis Romanam mittitur. 315.
Antonius Fernandez unus è fratribus
multos Saracenos & Gentiles conuer-
tit. 339.
P. Antonius de Ardea secundus Gaspa-
ris Armuzia successor. 284.
Antonius Noronia classis Lusitania Pra-
fectus. 292.
Antoni⁹ Gomez Goani Collegij Rector è
Societate.

INDEX RERVM.

- Societate demissus 320. In Xenodochio
agris ministrans admitti postulat. Ibid.
a B. Xauerio rursum admitti iubetur.
321. Romam nauigans in mari perire.
Ibid.
- Antonij Quadrij de Gaspare elogium. 337
- Animum superioribus aperiendi consue-
tudo. 13
- Apostatas Ecclesi& reconciliat Gaspar.
171.
- Apostata Coloniensis ad fidem redire cu-
piens, ad Gasparem scribit tribus lin-
guis. 177. proditus a suis Martyrio affi-
citur. 179. caput eius captum a Lusitanis.
Catifa inuentum magno honore exci-
pitur Armuzia. 180
- Apostoli Societ. homines in Lusitania vo-
cantur. 102
- Armuzia insula Eg. ciuitas in sinu Perfi-
co 98. eius descriptio. 99
- Armuziam seiterum intelligit Gaspar a
B. Xauerio 86. Armuzia ne excedat
toto triennio Gaspar, mandat in vir-
tute sancte Obedientia B. Xauerius
89. litteris ab Episcopo Goano acceptis.
Armuziam soluit. 91. ex Armuzia ob-
uiam venit Gaspari Vicarius cum to-
to clero. 102
- Armuzianorum corrupti mores. 105 her-
bis. Armuziani Gentiles vitam inesse
negant.

MEMORABILIVM.

- negant. 241. animalia mactanda pro-
cio vel prece redimunt. *Ibid.*
- Armu^zianorum in Collegium Societatis
exstruendum liberalitas. 123.
- Armu^ziae à Gaspare multa praclarè ge-
sta. 272.
- Armu^zianam missionem PP. Domini-
ciani administrant. 185.
- Armu^zianorum Christianorum ad Gas-
parem abitum parantem supplicatio-
ne clam. ~~ab~~eat, portum obſident.
287.
- Armenij semi Turca semi-christiani re-
gionis in quam venerint, more viuunt.
272.
- Austeritatem colunt. *Ibid.*
- Aqua dulcis non reperitur tota Armu-
zia. 241.
- Auerrois de doctrina Mahometis opinio.
205.
- Auctoritas Gasparis & veneratio apud
omnes. 184. 196. 197. 315 354.
- Ayman populi Arabia felicis Christiana
fidei multum affecti. 218. ad Gasparens
legatos mittunt. 220. Baptizantur le-
gati, & cum litteris remittuntur *Ibid.*
- Asperitas Gasparis in se. 108.
- Auzaritia fuga. 350.

B.

- B^zacora arx Lusitanorum à Rumibus
capta.

INDEX RERUM

SAPTA.

- Baharem insula in sinu Persico. 176. cap-
pitur à Lusitanis. 180
Baptismus celebris. 77
Blasphemus ēr luxuriosas miles repente
extinguitur. 131
Benevolentia Societatis carende maximè
cognoscitur. 390
Bones à Gentilibus Armuzianis pro Dijs
coluntur. 249

C.

- C**Atifa ciuitas Turcarum. 176. ca-
pitur à Lusitanis. 180
Chalæ arx Lusitanorum. 81. locis
ac pecunias domui probationis adi-
canda offerunt Gaspari. 82
Chaulportus ēr arx Lusitanorum. 298
Cives Chaul Collegium Societ. exstruere
volunt. 299
Celebritas Gasparis. 173
Christiani à Saracenis. Franques. vo-
cantur. 164
P. Consalum Roderiques Gasparis in Ar-
muziana missione successor. 282. à
Gaspare Goam reuocatur. 283. eius de
Gaspare elogium. 421
Coranum tēplum Saracenorum Gaspar
ingreditur. 324. Cum regijs ministris
obstruit. 236. Restituere sibi laborant
Saraceni. 237

Con-

MEMORABILIVM.

Concionum Gasparis initia & successus.

15 16. 69.

Concionum fructus. 19. 64 93. 133. 138.

144. 167 297. 298 342. & seq.

Conciones Gasparis in nauis. 295. 296.

Concio habita in Masquate, Chaul, &c.

298.

Concio sollemnis de passione instituta. 348.

Concionum labor & frequentia. 73. 340.

Concursus ad conciones Gasparis 302.

340. & seq.

Confessio. 65. Confessione facia egri a
morbo liberantur 168 confitendi desi-
derium ingens 134. Confessionis negle-
ctio punitio. 160. 166.

Conuersiones ad fidem insignes, Bracka-
manis Locus dicti, 71. Uxor is filia
Persa Mahometani. 204. uxor legata
Regis Persarum. 212. Iogum. 243. Pan-
dita legati Regis Idalcani. 344

Conuersiones celebres ad vitam melo-
rem. 71. 72 153. 260. & seq. ab auar-
itia. 141. A libidine. 126 127. Ab inno-
terato odio. 148.

Consolationis ubertas in Gaspare. 383.
384.

Contemptus sui. 84

Cranium unius e Sodalibus. B. Ursula
Goë expositum quo in honore. 347

D. D.

INDEX RERUM

D.

- D**æmon Gasparem per Phreneticum conatur suffocare. 167.
Dæmonis infidia aduersus conatus Gasparis elusa. 248
Delectus B. Xauerij in admittendis ad Societ. 319
Despectus sui. 18. vide Humilitas.
Dexteritas Gasparis in hominibus convertendis. 337. & seq.
Difficile est diuitem intrare in regnum cœlorum. 236
Diffidentia sui. 26. 336. 357
Diligentia Gasparis in expugnanda libidine. 122
Diligentia in excolendis nouitijis. 322
Disciplina & ratio uiuendi Gasparis & discipulorū eius Armuzia. 256. Discipulorum quinque mortui. 259
Disputationes Gasparis profide. 45. 46. 183. 186. 205.
Dissidia multorum sublata à Gaspare. 145. 330.

E.

- E**fficacia Gasparis in dicendo. 70
Emmanuel de Lima Praefectus Arcis Armuzia. 124. Collegiū Societ. fundare vult. ibid.
Emmanuelis Texeira de Gaspare elogij. 421
Elee-

MEMORABILIVM.

- Eleemosynas Gaspar in naui pro agrotis
corrogat. 43
Exercitia pia circa proximum instituta.
28. 29. 48. 91
Exercitijs spiritualibus Praefectus nauis
dat operam. 38
Exercitijs spiritualibus vacat Gaspar.
314
Exercitijs spiritualibus nouitios imbuit.
322
Episcopus Christianus à Perside scribit ad
legatum Lusitanorum frustra. 217
Epistola B. Xauerij ad Gasparem. 278
Epistola Gasparis ad Preste-Iannem. 393
Elogia Gaspari à viris magnis tributa.
419
Episcopus Goanus potestatem suam omnē
Gaspari communicat. 418
Epistola Proregis India ad Gasparem. 416

F.

- F**eruor virtutis in Collegio Conim-
bricensi. 7
Feruor auditorum Gasparis Figu-
eri & Pedroga. 18. puerorum Goa. 329.
Item mulierum quarundam. 345. Item
sodalium Goa. 349
Ferdinandus Sosa arcis Praefectus Mo-
sambici Patres salutatibus obuiam
venit. 44
Forti-

INDEX RERVM

- Fortitudo animi in tempestate. 36
Fides Gasparis quanta in estimatione a-
pud Armuzianos. 142
Flagellationes publica' ante fores templi à
peccatoribus conuerjis usurpata. 133
Flagellantium supplicatio Armuzia. 230
Flagellantium pompa sollemnis Goa.
346
P. Franciscus de Macedo Dominicanus
concionator Ioa. 359
Fructus in nauigatione Indica exemplo
& institutione Gasparis 29. Item in
nauigatione Armusiam versus 92. ex
institutione puerorum. 113 & seq.
Fenerorum Armuzianorum doli. 156

G.

Garcia de la Pancha Lusitanus,
Regis Armuzia interpres. 204
Gaspar in Zelandia ortus. 1. mili-
tasse dicitur sub Carolo V. 3. in Lusita-
nia seruuit. 3. Societatem ingreditur. 5.
In Indiam destinatur. 18. Goam appel-
lit. 50. In Chile mittitur. 71. Armu-
zia destinatur. 86. Armusia excedere
vetitus militum extra Insulā laborā-
tium peste vicē dolet. 163 hereticorū a-
nimis se insinuat. 172. legatis in diuer-
sa loca abeuntibus regionum mores ut
inquirant, mandat. 218. Regis Armu-
sianē

MEMORABILIVM.

- siani perfidia dolet. 228 229. Misquitā
 Mahometanorum adēs mirabiliter
 occupat. 230. Item Coranum eorum.
 235. Iogues sibi conciliat. 244. Prae-
 cētum eorum colloquio ad fidē impellit.
 247. Armuzia Collegium Societ. pa-
 rare cogitat. 252. Sex in Societatem
 admittit. 256. Armuzia clam discedit.
 293. Goam appellit, & circa portam
 statim concionatur. 300
 Gaspar decumbenti in somnis Angelo co-
 mitatus apparet. 152. 153
 Genuēsis à fide Apostata Gasparis causa
 è Turcia venit, & Goā Ecclesia red-
 dendus mittitur. 172
 Goā aduēctus in D. Pauli Collegio à socijs
 Gaspar benignè excipitur. 51
 Goā in D. Pauli concionatur. 302. Item in
 Cathedrali Ecclesia. 359. deliquium in
 concione passus est. ibi.
 Goā moritur Gaspar. 363
 Gradus in Societate vary. 8
 Goez a patria Gasparis. 8

H.

- H**æretici variarum nationū Ar-
 muzia. 170. multi conuertū-
 tur. 172
 Henricus Macedo Legatus Lusitanorum
 apud Katamam. 214. litteras scri-
 bit:

INDEX RERVM.

- bit ad Gasparem. 215.redit Armuziam. 216
Honoris fuga. 308.309 310.373
Herodiani Herodem Messiam dicebant. 289.
Humilitas Gasparis. 12. 15. 28. 44. 112.
146. 230. 291. 299. 300. 301. 307. 314.
368.369.
Humilitas arbori comparatur. 368
Humilitas Societatis fundamentum. 371
1.

- I**n Indiam soluit Gaspar. 24
Institutio puerorum. 113. P. Ioannes
Misquita successor Gasparis Armuzia quartus. 185
Iogues Anachoreta gentiles castitatem
& paupertatem colunt. 242. viuendi
eorum ratio. Ibid. Praefectus eorum
magna auctoritatis. 243 Gasparis col-
loquijs multum mouetur. 244. 245.
viso admirabili ad fidem impellitur.
247.
Iogues conuertuntur & baptizantur, ido-
la sua comminuunt. 249. Iogum praef-
etus Romam abit. Ibid.
Iogum coenobium Collegio Societ. desti-
natur. 252
Joseph & Salomon Iudeorum Rabbini à
Gaspare priuata disputatione vieti.
183.184.

Iudi-

MEMORABILIVM.

- Indicium Rabbi Salomonis de eruditione
hominum Societatis. 184
Iudaorum de sanctitate Gasparis opinio.
185
Iudaum agrum Gaspar in humeros subla-
tum ad fidem adduxit. 186
Iudaorum cum Gaspare disputatio. 187.
connictorum pertinacia. 194
Iudei in montem Syon conuenerunt. & i-
bi Messiam exspectarunt. 195
Iubilatum à Pontifice in Indianum missum.
301

II.

- L**abores & incommoda in India à
Gaspare tolerata. 73 158. 285.
294. 300. 316. 390.
Latitia Gasparis in Indianam destinati. 19.
item acceptis B. Xauerij litteris. 280
Largitione Praefectus arcis Armuçiana
corrumptitur 238. diuinitus punitur. ib.
& ij qui corruerant similiter. 239
Lectiones tres prælegit quotidie Gaspar.
66
Legatus Constantinopoli missus à Chri-
stianis ad Gasparem. 17. à Rumibue
captus interficitur. 176
Legati Persarum Imperatoris uxor Bap-
tismum petit. 213 Legatus apud Xata-
mam Lusitanos calumniatur. Ibid.

T

XXX

INDEX RERVM

- uxor baptizata, &c dote per Gasparē
quaesita nobili Lusitano nubit. 216
- Libidinis consuetudo Armuzia. 118.119
- Libidinem impugnat Gaspar. 118.119 120.
121 130.
- Libidinis cœno Gaspar multos eripit. 122
- Lites omnes Goa tollit Gaspar. 353
- Luctus in funere Gasparis. 366 367
- Lusitanicē loqui Gaspar brevi optimē cal-
luit. 68.
- Lusitanicē loquens ab ignaro illius lingua
intelligitur. 222 223
- Lusitani uestes Gaspari sapius offerunt.
199. Eorum in Gasparem affectus. 200.
360.361.
- P. Ludouici Froes de Gaspare elegiū. 270.
multa se animi demissione è Gasparis
gestis omisissē fatetur. 312
- M.
- M** Attiaci populi. 2
Magnanimitas Gasparis. 231
Mahometanis disputare inter-
dictum. 201 Item vinum. 213
- Masquate insignem fructum facit Gas-
par. 93 94
- Messia aduentus tempus in scripturis pra-
dictum iam pridem clapsum esse. 187.
188.189.
- Messias verus Christus. 191
- Meretricio amore implicatos soluit Gas-
par.

MEMORABILIVM.

- | | |
|---|---------------|
| par. | 296 |
| Meretricibus conuersis in futurum pro- | |
| spicit. | 340 |
| P. Melchior Nunes à Gaspare Goam vo- | |
| catur. 362. eius de Gaspare elogii. 420 | |
| Mercatorum in inquirenda iustitia stu- | |
| dium. | 139 |
| Mercatores multi à Gaspare viuendi ra- | |
| tionem sibi prescribi petunt. | 142 |
| Milites Armuzianorum pietatem tur- | |
| bunt. | 156 |
| Militibus flagitiosis tempore malum. à | |
| Deo precatur Gaspar. 157. idem in ex- | |
| peditionem prefecturi confiteri renuere. | |
| 160. Diuinitus puniuntur. Ibid. Militis | |
| cuiusdam rara in D. Virginem pietas. | |
| 163. Idem miles fame laborans palmā | |
| mir aculose inuenit. Ibid. & seq. | |
| Militum quorundam sine confessione mo- | |
| rientium pertinacia. | 165. 166 |
| Militis cuiusdam mirabilis conuersio. | |
| 260. 261. | |
| Miles confessionem differens noctu veluti | |
| suffocari videtur. | 297 |
| Mi. a cula frequentia à socijs patrata. | 355 |
| Missæ sacrificio agros & damoniacos cu- | |
| rat Gaspar. | 267. 268. 269 |
| Modestia Gasparis. | 129 |
| Monzianum arx Regis Armuziani Per- | |
| sis à Saracenis presidiarijs prodita. | 160 |
| T 2 | Sup- |

arē
216
119
20.
122
353
367
cal-
i 8.
guā
223
int.
200.
70.
aris
311
- 2
231
ter-
213
Gas-
94
ore-
187.
191
Gas-
par.

INDEX RERUM

- Applicatione à Gaspare instituta recupera-
ratur. 168
MoZambici insignem agris operam nauas
Gaspar. 45. MoZambico soluit Goam
versus. 49
Morbis optat corpori Gaspar, ut animo
medeatur. 147
Mors Gasparis ēg ad eam comparatio.
362.

N.

- N**efarij contractus Armuziano-
rum. 144
Neglectus ēg ignorantia verum
diuinarum. 110
Nola pueros enutriendos cōuocat Gaspar.
112. 301.
Nolam Gasparis vim incantandi habere-
putant Saraceni. 205
Notabilia quadam circa tempus obitus
Gasparis. 364.

O.

- O**bedientia Studium. 82. 255. 292.
314
Obsequia pauperibus agris exhibi-
bita. 30. 44 112.
Observantia B. Xauerij erga religiosos or-
dines. 304
Odia inimicitiaq; à Gaspare composita.
297. 353.
Ora-

MEMORABILIVM.

- Oratione praparat animum in Indiam soluturus Gaspar. 22
Oratione fusa P. Consalvius Roderiques tela missa à Pyratis in nauim retro auertit. 282.283
Orationis studium. 281
Oratio ceterarum virtutum instrumentum. Ibid.
Ordo in expugnandis sectis, quem tenuit Gaspar Armuzia. 109
Origo Gasparis & educatio. 2

P.

- P**oenitentia eximus feniōr Goa. 346.item Armuzia. 133
Pagodes Deorum simulacra. 244
Palmarum arborum mirabilis natura. 101
Pandita Legatus Ceilani Regis Idalcani. 343.concione Gasparis audita conuer-
titur. 345
Patientia & ad eam comparatio. 357.358.
360.
Paupertatis amor in Gaspare. 198.377.
P. Paulus Camers Rector Goanus. 300
Persi Christiani decimum quemque filiorum tributi nomine pendunt. 170. Ecclesia multi eorum reconciliati Goam
mittuntur. 171
Persa Mahometis dicta ratione exami-
nant.

INDEX RERUM

- nant. 203.
- Persa Mahometanorum Cacez Armuz*
am venit. 202. *Gasparem de fame dis-*
tius ferenda prouocat. 202. *Disputatio-*
nem init cum Gaspare. 204. *falsitate*
legis sue fatetur. 208. *Conuictus ad Re-*
gulum propinquum. *petitis inducijs fu-*
git. *Ibid.*
- Pericula in nauigatione Indica.* 26. 34. 35.
38. 42. 56.
- Periculum vitatum.* *veneratione sacra-*
rum reliquiarum. 57
- Perspicacitas in rebus spiritualibus.* 12.
- Pertinacem in malo ad pœnitentiam pre-*
cibus adducit Gaspar. 152.
- Petrus Lobato quastor Lusitanorum in*
Masquate. 218. *Gaspari per litteras de*
Ammonitis scribit. *Ibid.*
- Petrus Lopez magister eorum, qui è Socie-*
tat litteris Goa dabant operam. 324
- Pietatis ardor in milite.* 94.
- Pradicit belli sinistrum euentum Gaspar.*
160
- Pxorex India in nouum Sodalitium Goa*
primus adscribitur. 349.
- Prouincialis India constituitur Gaspar.*
309.
- Prouincialis munus quam agrè suscep-*
rit. 313
- Prudentia Gasparis.* 173.
- Pyra-*

MEMORABILIVM.

Pyrate nauem P. Gonſalui Roderiqueſ
inſequuntur. 282

R.

- R**ectoris munus deprecatur Gas-
par. 85.
Rectoris munere ſe liberat fuſis ad
Deum precibus. 86.
Refrigeratio Armuzianorum. 99.
Resignatio. 362.
Restitutiones malepartorum 139. 140. 141.
Reſponſum Gasparis ſub diſceſſum ad Ar-
muſianos. 290.
Rex Armuzia miraculo audito permotus
fidem fufcipere decernit. 223. à Princi-
pibus ſuis fruſtra oppugnatur. 226. Ma-
tris precibus flectitur. 227. Gaspare in
colloquium vocato Coranum obſtrui-
iubet. 235.

S.

- S**acerdos factus Gaspar. 13.
Sacerdotum Armuzianorum in
Gasparem emulatio. 166. mutatio
Graſſetus. 264.
Sacerdotis mala vita pulchra conuerſio.
129. 130. 131.
Sacerdotis concionante Gaspare in Cha-
ul mira mutatio. 298.

INDEX RERUM

- Sanctitatis B. Xauerij apud omnes opinio-
- 80. item Gasparis. 417
- Saraceni Gasparem lapidibus petunt. 195.
Gasparem magni faciunt. 196. Gaspa-
ri certamen cum Persa Mahometano
offerunt. 201. ut veneficum fugiunt.
210
- Saraceni quidam per mirabilia visa con-
uersti. 211. Gaspari aditum ad Regem
intercludunt 227. edicunt ne cui Chri-
stiano fieri liceat. 230. crucem fugiunt.
231 232. adiculas & fana sua Gaspari
relinquunt. 232. magnis clamoribus in-
Corano Lusitanos turbant. 233. Cora-
nū obstructum indignè ferunt. 236
- Sectarum diuersitas Armuzia. 106
- Seminarium Goa. 327. viuendi ratio. 328
- Seminarium nouum Indorum. 332. in Se-
minarij atrio pueri legere docentur.
329
- Senex in Seminarium puerorum admis-
sus. 334
- Socij Gasparis in Indica nauigatione, 25.
- Socius Gasparis Armuzia Goa de-
missus. 167
- Societatem petunt multi nobiles è naui
Gasparis. 61
- Societatis homines res dua potissimum
fulciunt. 402
- Societatem tria faciunt. 404
- Socie-

MEMORABILIVM.

- Societatem potentem monet Gaspar, unde
re tanta serio statuat. 406
Societas quibus potissimum virtutibus
conset. 419
Societatis institutum explicat Gaspar.
410
Solatia eorum qui in Indijs versantur.
386
Sodalitium nouum Goa institutum. 348
Sodalitium in explendis Gasparis deside-
riis promptissimum. 363
Selertia Gasparis in tegēdis qua ad suam
laudem pertinebant. 373
Spectro terrifico quidam ad meliorem vi-
tam impulsus. 266
Sterelitas Armuziana. 100
Sudor emanat ex imagine crucifixi. 385.
Studia G. sparis. 2
Supplicatione ventus secundus miraculo-
sè impetratur. 284

T.

- T**aurilia, ludi genus apud Lusita-
nos. 298
Tempestate maris turbatos ve-
ctorum animos oratione componit Gas-
par. 38
Tempestate orta Gaspar in sua actione
persistit. 39
Tempestas occasio conuersionis impudica-
rum mulierum. 40

T 5

Terra

INDEX RERVM.

- Terra motus frequētes Armuzia. 100. 120
Tolerantia laborum. 20. 46. 134
Trinitatis mysterium Saraceno Philoso-
pho probat Gaspar. 205
Trinitatis tenuē vestigium apud Armu-
zianos. 242

V.

- V**Aletudinarium Armuzia Gas-
par ingreditur. 102
Vespasianus à Iosepho Messias ha-
bitus. 189
- Vindicta Dei. 132. 146. 161. 166. 239
Virtutes quibus opus est ijs, qui fructum
facere volunt. 39⁸
- Vocationis sua quantus estimator Gas-
par. 397
- Vsura consuetudinem impugnat Gaspar.
136. 137.
- Vxor & filia Persa nobilis ex stirpe Zai-
dis ad Gasparem veniunt Baptismi
gratia 203 Baptizatas nobilibus Lusi-
tanis Gaspar dote quæsita in matri-
monium collocat. 210

X.

- X**Atama Persarum Imperatoris
superbia. 212.
- Xarifa, Rex Arabia. Ibid.
- B Xauerius in quirit de Societatis in Eu-
ropa statu. 32. Martyrio affectus dici-
tur. 79. eius in Commorinum ingressus ho-
nore.

MEMORABILIVM.

norificus. 80. Gasþrem in Iaponiam
vocat. 279. Goæ eius mandato coadū
concilium. 302. 303. Goam appellit. ib.
sagrum salutatum sanat. 304 Gasþris
virtutem prædicat. 305. Gasparem In-
dia Prouincialem constituit. 306. in
Chinicam expeditionem discedit Goa.
310 Antonium Gomez à Societate de-
mittit. 320
B. Xauerius Gentium Apostolus diotus.
360. 362.

Z.

Zaidis secta inter Mahometanos
hereticæ. 205
Zelandia prouincia Belgij. 1
Zelus animarū. 216 251. 281. 290. 316 389
Zelus honoris Dei. 231. 382. 383.
Zelus discipulorum Gasþris. 258
Zelus puerorum Seminarij Goani & pe-
cunie contemptus. 332

ERRATA.

Pag. 6. donum pro domum. pag. 48°
emoliendum pro emolliendum. pag. 163.
sequentibus pro frequentibus. pag. 186.
officina pro officia. reliqua leuiora Lector
per se facile colliget.


APPROBATIO SV-
periorum.

EGO FRANCISCVS FLE-
RONTINVS Societatis IESV
per Belgium Præpositus Pro-
vincialis, potestate mihi ad hoc à
Reuerendo admodū P.N. Præposito
Generali, CLAVDIO AQVAVIVA,
præstita, facultatem concedo, ut
tres hi libri de Vita & Moribus R.
P. Gasparis Barzæi Belgæ, à P. Nico-
lao Trigault Societatis nostræ Sa-
cerdote conscripti, & grauium vi-
rorum eiusdem Societatis iudicio
examinati & probati, typis in lu-
cem euulgentur. In cuius rei fidem
has literas manu nostra subscriptas,
& sigillo nostro munitas, dedimus.
Bruxellis, 1. Martij, 1610.

Soc. Iesu Pader.

FRANCISCVS FLERON-
TINVS, Provincialis So-
cietatis IESV per Belgium.

- V - à o - t - L - i - n - s , S .



Wita Bar
Zeej

111

Th

2559